AZ.

XXXVII
C
37

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXVII
C
37
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

8. מֵעֹצֶר וּמִמִּשְׁפָּט לֻקָּח וְאֶת־דּוֹרוֹ מִי יְשׂוֹחֵחַ כִּי
נִגְזַר מֵאֶרֶץ חַיִּים מִפֶּשַׁע עַמִּי נֶגַע לָמוֹ׃

9. וַיִּתֵּן אֶת־רְשָׁעִים קִבְרוֹ וְאֶת־עָשִׁיר בְּמֹתָיו עַל
לֹא־חָמָס עָשָׂה וְלֹא מִרְמָה בְּפִיו׃

4. Veruntamen morbos-noſtros ipſe pertulit, &-dolores-noſtros ipſe bajulavit: nos-autem æſtimavimus-eum plagâ-affectum, percuſſum *à* Deo &-afflictum.

5. Nam ipſe dolore-affectus-eſt propter-defectiones-noſtras, attritus propter-iniquitates noſtras, caſtigatio pacis-noſtræ *eſt* ſuper-eum, & vibice-ejus fit-curatio nobis.

6. Omnes-nos ut-oves erravimus, quiſque ad-viam-ſuam reſpeximus, &-Jehova fecit-incurrere in-eum iniquitatem omnium noſtrûm.

7. Exigitur *pœna*, &-ipſe affligitur, neque aperit os-ſuum: ut-pecus ad-mactationem ducitur, &-velut-ovis coram tonſoribus-ſuis obmuteſcit, neque aperit os-ſuum.

8. Ab-anguſtia &-à judicio tollitur: at generationem-ejus quis enarrabit? Quoniam exſcinditur ex-terra viventium, ex-defectione populi-mei plaga *eſt* ipſi.

9. Et-expoſuit cum improbis ſepulchrum-ejus, & cum divite in-mortibus-ejus, eo-quod non injuriam fecit, neque *fuit* dolus in-ore-ipſius.

FINIS.

AOI 1464248

Digitized by Google

23. הִנֵּה אָנֹכִי שֹׁלֵחַ לָכֶם אֵת אֵלִיָּה הַנָּבִיא לִפְנֵי
בּוֹא יוֹם יְהוָה הַגָּדוֹל וְהַנּוֹרָא׃

24. וְהֵשִׁיב לֵב־אָבוֹת עַל־בָּנִים וְלֵב בָּנִים עַל־
אֲבוֹתָם פֶּן־אָבוֹא וְהִכֵּיתִי אֶת־הָאָרֶץ חֵרֶם׃

23. Ecce ego mitto vobis Eliam Prophetam, ante-
quam veniat dies Jehovæ maximus &-terribilis.

24. Et-convertet cor patrum ad filios, &-cor fi-
liorum ad patres-ipſorum, ne veniam &-percutiam
terram anathemate.

XVI. Jeſaiæ, *De paſſione, & morte Chriſti, cap. 53. v. 4. 5. & ſeqq.*

4. אָכֵן חֳלָיֵנוּ הוּא נָשָׂא וּמַכְאֹבֵינוּ סְבָלָם וַאֲנַחְנוּ
חֲשַׁבְנֻהוּ נָגוּעַ מֻכֵּה אֱלֹהִים וּמְעֻנֶּה׃

5. וְהוּא מְחֹלָל מִפְּשָׁעֵנוּ מְדֻכָּא מֵעֲוֺנֹתֵינוּ מוּסַר
שְׁלוֹמֵנוּ עָלָיו וּבַחֲבֻרָתוֹ נִרְפָּא־לָנוּ׃

6. כֻּלָּנוּ כַּצֹּאן תָּעִינוּ אִישׁ לְדַרְכּוֹ פָּנִינוּ וַיהוָה
הִפְגִּיעַ בּוֹ אֵת עֲוֺן כֻּלָּנוּ׃

7. נִגַּשׂ וְהוּא נַעֲנֶה וְלֹא יִפְתַּח־פִּיו כַּשֶּׂה לַטֶּבַח
יוּבָל וּכְרָחֵל לִפְנֵי גֹזְזֶיהָ נֶאֱלָמָה וְלֹא יִפְתַּח פִּיו׃

8.

10. וְהִכְרַתִּי־רֶכֶב מֵאֶפְרַיִם וְסוּס מִירוּשָׁלַםִ וְנִכְרְתָה
קֶשֶׁת מִלְחָמָה וְדִבֶּר שָׁלוֹם לַגּוֹיִם וּמָשְׁלוֹ מִיָּם עַד־
יָם וּמִנָּהָר עַד־אַפְסֵי־אָרֶץ׃

9. Exulta valdè filia Tzijonis, clange filia Jeruſalem, ecce Rex-tuus adveniet tibi, juſtus, &-ſalvatus ipſe; pauper, & equitans ſuper aſinam, &-*quidem* ſuper pullo nato aſinabus :

10. Et-exſcindam currus ex-Ephrajim, &-equos ex-Jeruſalem, &-exſcindetur arcus bellicus; & eloquetur pacem gentibus, &-dominatus-ejus *erit* à-mari uſque-ad mare, &-à-flumine uſque-ad fines terræ.

XIV. Malachiæ, *De Chriſti adventu, & adventus ejus præcone, cap.* 3. *v.* 1.

1. הִנְנִי שֹׁלֵחַ מַלְאָכִי וּפִנָּה־דֶרֶךְ לְפָנָי וּפִתְאֹם יָבוֹא
אֶל־הֵיכָלוֹ הָאָדוֹן אֲשֶׁר־אַתֶּם מְבַקְשִׁים וּמַלְאַךְ
הַבְּרִית אֲשֶׁר אַתֶּם חֲפֵצִים הִנֵּה־בָא אָמַר יְהוָה
צְבָאוֹת׃

1. Ecce-ego mitto angelum-meum, &-præparabit viam ante-me, &-repentè veniet ad templum-ſuum Dominus-ille, quem vos quæritis, &-Angelus fœderis, quem vos petitis, ecce venit, ait Jehova exercituum.

XV. Ejuſdem, *De eodem præcone, cap.* 3. *v.* 23. 24.

23.

12. וְאָמַרְתָּ אֵלָיו לֵאמֹר כֹּה אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת
לֵאמֹר הִנֵּה־אִישׁ צֶמַח שְׁמוֹ וּמִתַּחְתָּיו יִצְמָח וּבָנָה
אֶת־הֵיכַל יְהוָה׃

13. וְהוּא יִבְנֶה אֶת־הֵיכַל יְהוָה וְהוּא־יִשָּׂא הוֹד
וְיָשַׁב וּמָשַׁל עַל־כִּסְאוֹ וְהָיָה כֹהֵן עַל־כִּסְאוֹ וַעֲצַת
שָׁלוֹם תִּהְיֶה בֵּין שְׁנֵיהֶם׃

11. Et-accipies argentum &-aurum, facieſque coronas, ac-imponas in-caput Jehoſuæ filii Jehotzadak, Sacerdotis maximi.

12. Et-loqueris ad-eum, dicendo; ſic ait Jehova exercituum, dicendo: Ecce virum Germen nomen-ejus (*eſt*) &-è-loco-ſuo germinabit, &-ædificabit templum Jehovæ.

13. Et-ipſe ædificaturus-eſt Templum Jehovæ, &-ipſe portabit decorem, &-ſeſſurus, ac-dominaturus in ſolio-ſuo; eritque ſacerdos ſuper ſolio-ſuo, &-conſilium pacis erit inter utroſque-illos.

XIII. Ejuſdem, *De ingreſſu Chriſti in urbem Hieroſolymam, cap. 9. v. 9. 10.*

9. גִּילִי מְאֹד בַּת־צִיּוֹן הָרִיעִי בַּת־יְרוּשָׁלַםִ הִנֵּה
מַלְכֵּךְ יָבוֹא לָךְ צַדִּיק וְנוֹשָׁע הוּא עָנִי וְרֹכֵב עַל־חֲמוֹר
וְעַל־עַיִר בֶּן־אֲתֹנוֹת׃

10.

וַאֲנִי מַרְעִישׁ אֶת־הַשָּׁמַיִם וְאֶת־הָאָרֶץ וְאֶת־הַיָּם וְאֶת־
הֶחָרָבָה׃
7. וְהִרְעַשְׁתִּי אֶת־כָּל־הַגּוֹיִם וּבָאוּ חֶמְדַּת כָּל־הַגּוֹיִם
וּמִלֵּאתִי אֶת־הַבַּיִת הַזֶּה כָּבוֹד אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת׃
8. לִי הַכֶּסֶף וְלִי הַזָּהָב נְאֻם יְהוָה צְבָאוֹת׃
9. גָּדוֹל יִהְיֶה כְּבוֹד הַבַּיִת הַזֶּה הָאַחֲרוֹן מִן
הָרִאשׁוֹן אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת וּבַמָּקוֹם הַזֶּה אֶתֵּן שָׁלוֹם
נְאֻם יְהוָה צְבָאוֹת׃

6. Utique ſic ait Jehova exercituum, adhuc unum parum illud (*eſt*) & ego tremere-facio cœlos, & terram, & mare, & aridam.

7. Et-commovebo omnes gentes, &-veniet deſiderium omnium gentium, &-repleturus-ſum domum hanc gloriâ, ait Jehova exercituum.

8. Meum (*eſt*) argentum, &-meum (*eſt*) aurum; dicit Jehova exercituum.

9. Major futura-eſt gloria domus hujus poſterioris, quàm prioris, ait Jehova exercituum, &-in-loco hoc dabo pacem, dicit Jehova exercituum.

XII. Zachariæ, *De officio Chriſti regio & ſacerdotali, cap. 6. v. 11.*

11. וְלָקַחְתָּ כֶסֶף־וְזָהָב וְעָשִׂיתָ עֲטָרוֹת וְשַׂמְתָּ בְּרֹאשׁ
יְהוֹשֻׁעַ בֶּן־יְהוֹצָדָק הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל׃

שִׁשִּׁים וּשְׁנַיִם תָּשׁוּב וְנִבְנְתָה רְחוֹב וְחָרוּץ וּבְצוֹק
הָעִתִּים׃

24. Septimanæ ſeptuaginta deciſæ-ſunt ſuper populum-tuum, &-ſuper civitatem ſanctam-tuam, ad-cohibendam defectionem, &-ad-obſignanda peccata, &-ad-expiandam iniquitatem, &-ad-adducendam juſtitiam ſeculorum, &-ad-obſignandam viſionem &-prophetam, &-ad-ungendum Sanctum ſanctorum.

15. Et cognoſcito &-intelligito, ab enunciatione verbi, ad-reſtituendum &-ædificandum Jeruſalem uſque-ad Chriſtum principem; (*erunt*) ſeptimanæ ſeptem: &-ſeptimanæ ſexaginta &-duæ, redibit &-ædificabitur platea &-foſſa, *id*que in anguſtia temporum.

X. Micheæ, *De ſolo natali Chriſti*, *cap*. 5. 2.

2. וְאַתָּה בֵּית־לֶחֶם אֶפְרָתָה צָעִיר לִהְיוֹת בְּאַלְפֵי
יְהוּדָה מִמְּךָ לִי יֵצֵא לִהְיוֹת מוֹשֵׁל בְּיִשְׂרָאֵל וּמוֹצָאֹתָיו
מִקֶּדֶם מִימֵי עוֹלָם׃

2. Tu-autem Bethlehem Ephrataæ, minima ut-ſis in millibus Jehudæ, ex-te mihi prodibit, ut-ſit Dominator in-Iſraële, & exortus-ejus (*ſunt*) ab-antiquo, à-diebus ſeculi.

XI. Haggæi, *De gloria Meſſiæ*, *cap*. 2. 6.

6. כִּי כֹה אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת עוֹד אַחַת מְעַט הִיא
וַאֲנִי

habitabit ſecurè: atque-hoc nomen-ejus (*eſt*) quo vocabit-eum (*quisque:*) Jehova juſtitia-noſtra.

VIII. Ezechielis, *De Chriſto Eccleſiæ Paſtore, cap.* 34. *v.* 23.

23. וַהֲקִמֹתִי עֲלֵיהֶם רֹעֶה אֶחָד וְרָעָה אֶתְהֶן אֵת
עַבְדִּי דָוִד הוּא יִרְעֶה אֹתָם וְהוּא יִהְיֶה לָהֶן לְרֹעֶה׃
24. וַאֲנִי יְהוָה אֶהְיֶה לָהֶם לֵאלֹהִים וְעַבְדִּי דָוִד
נָשִׂיא בְתוֹכָם אֲנִי יְהוָה דִּבַּרְתִּי׃

23. Et-ſuſcitabo ſuper-eos paſtorem unum, &-paſcet eas (*oves*) *nempe* ſervum-meum Davidem: ipſe paſcet eas, &-ipſe erit eis in-Paſtorem.

24. Ego verò Jehova ero eis in Deum, &-ſervus-meus David princeps in-medio eorum, ego Jehova elocutus ſum.

IX. Danielis, *De tempore adventus Chriſti, & effectis illius, cap.* 9. *v.* 24.

24. שָׁבֻעִים שִׁבְעִים נֶחְתַּךְ עַל־עַמְּךָ וְעַל־עִיר קָדְשֶׁךָ
לְכַלֵּא הַפֶּשַׁע וּלְחָתֵם חַטָּאוֹת וּלְכַפֵּר עָוֹן וּלְהָבִיא צֶדֶק
עֹלָמִים וְלַחְתֹּם חָזוֹן וְנָבִיא וְלִמְשֹׁחַ קֹדֶשׁ קָדָשִׁים׃
25. וְתֵדַע וְתַשְׂכֵּל מִן־מֹצָא דָבָר לְהָשִׁיב וְלִבְנוֹת
יְרוּשָׁלִַם עַד־מָשִׁיחַ נָגִיד שָׁבֻעִים שִׁבְעָה וְשָׁבֻעִים

שִׁשִּׁים

5. וְהָיָה צֶדֶק אֵזוֹר מָתְנָיו וְהָאֱמוּנָה אֵזוֹר חֲלָצָיו׃

1. Et prodibit virgula de-ſtirpe Jiſchai, &-ſurculus è-radicibus-ejus efflореſcet.

2. Et-quieſcet ſuper-eo Spiritus Jehovæ, Spiritus ſapientiæ & intelligentiæ, Spiritus conſilii &-potentiæ, Spiritus ſcientiæ &-timoris Jehovæ.

3. Et-odorari-ejus (*erit*) in-timore Jehovæ: &-non ad-aſpectum oculorum-ſuorum judicabit, neque ad-auditum aurium-ſuarum arguet.

4. Et judicabit in-juſtitia tenues, &-corripiet in-æquitate manſuetos terræ: &-percutiet terram virgâ oris-ſui, &-ſpiritu labiorum-ſuorum interficiet impium.

5. Eritque juſtitia, cingulum lumborum-ipſius, &-fides cingulum lumborum-ipſius.

VII. Jeremiæ, *De Chriſto germine Davidis, & juſtitiâ noſtrâ, cap.* 23. *v.* 5. 6.

5. הִנֵּה יָמִים בָּאִים נְאֻם־יְהוָה וַהֲקִמֹתִי לְדָוִד צֶמַח
צַדִּיק וּמָלַךְ מֶלֶךְ וְהִשְׂכִּיל וְעָשָׂה מִשְׁפָּט וּצְדָקָה בָּאָרֶץ׃
6. בְּיָמָיו תִּוָּשַׁע יְהוּדָה וְיִשְׂרָאֵל יִשְׁכֹּן לָבֶטַח וְזֶה
שְּׁמוֹ אֲשֶׁר־יִקְרְאוֹ יְהוָה צִדְקֵנוּ׃

5. Ecce dies veniunt, dixit Jehova, &-excitabo Davidi Germen juſtum, &-regnabit rex, &-ſecundabitur, atque-faciet jus &-juſtitiam in-terra.

6. In-diebus-ejus ſervabitur Jehuda, &-Iſraël

6. לְםַרְבֵּה הַמִּשְׂרָה וּלְשָׁלוֹם אֵין־קֵץ עַל־כִּסֵּא דָוִד
וְעַל־מַמְלַכְתּוֹ לְהָכִין אֹתָהּ וּלְסַעֲדָהּ בְּמִשְׁפָּט וּבִצְדָקָה
מֵעַתָּה וְעַד־עוֹלָם קִנְאַת יְהוָה צְבָאוֹת תַּעֲשֶׂה־זֹּאת׃

6. Nam puer natus-eſt nobis, Filius datus-eſt nobis, fuitque Principatus ſuper humerum-ejus, &-vocavit, (*id eſt vocatum eſt*) nomen ejus admirabilis, Conſiliarius, Deus-fortis Potens, Pater æternitatis, Princeps pacis.

7. Amplitudini illius-principatus, &-paci nullus (*erit*) finis, ſuper ſolio Davidis, &-ſuper regno-ejus, ſtabiliendo illud &-fulciendo-illud jure &-juſtitiâ, à nunc &-uſque in ſeculum. Zelus JEHOVÆ exercituum faciet iſtud.

VI. Ejuſdem, *De genere, & officio Chriſti regio, cap.* 11. *verſ.* 1.

1. וְיָצָא חֹטֶר מִגֵּזַע יִשָׁי וְנֵצֶר מִשָּׁרָשָׁיו יִפְרֶה׃

2. וְנָחָה עָלָיו רוּחַ יְהוָה רוּחַ חָכְמָה וּבִינָה רוּחַ
עֵצָה וּגְבוּרָה רוּחַ דַּעַת וְיִרְאַת יְהוָה׃

3. וַהֲרִיחוֹ בְּיִרְאַת יְהוָה וְלֹא־לְמַרְאֵה עֵינָיו יִשְׁפּוֹט
וְלֹא־לְמִשְׁמַע אָזְנָיו יוֹכִיחַ׃

4. וְשָׁפַט בְּצֶדֶק דַּלִּם וְהוֹכִיחַ בְּמִישׁוֹר לְעַנְוֵי־אָרֶץ
וְהִכָּה־אֶרֶץ בְּשֵׁבֶט פִּיו וּבְרוּחַ שְׂפָתָיו יָמִית רָשָׁע׃

5.

12. וַיֹּאמֶר אָחָז לֹא־אֶשְׁאַל וְלֹא־אֲנַסֶּה אֶת־יְהוָה׃

13. וַיֹּאמֶר שִׁמְעוּ־נָא בֵּית דָּוִד הַמְעַט מִכֶּם
הַלְאוֹת אֲנָשִׁים כִּי תַלְאוּ גַּם אֶת־אֱלֹהָי׃

14. לָכֵן יִתֵּן אֲדֹנָי הוּא לָכֶם אוֹת הִנֵּה הָעַלְמָה
הָרָה וְיֹלֶדֶת בֵּן וְקָרָאת שְׁמוֹ עִמָּנוּ אֵל׃

10. Et-perrexit Jehova eloqui ad Achaſum, dicendo:

11. Pete tibi ſignum à Jehova Deo-tuo, profundato petendo, aut exalta ſurſum, (*id eſt, è profundis pete, aut ex rebus altiſſimis.*)

12. Et-dixit Achas: non petam, neque tentabo Jehovam.

13. Et-dixit (*propheta:*) Audite nunc domus Davidis: An-parùm *eſt* a-vobis fatigare homines, quod fatigatis etiam Deum-meum?

14. Ideo dabit Dominus ipſe vobis ſignum: Ecce virgo gravida *erit*, &-pariet filium, &-vocabit nomen-ejus, Immanuelem.

V. Ejuſdem, *De perſona & officio Chriſti*, *c.* 9. *v.* 5. *ſ.*

5. כִּי־יֶלֶד יֻלַּד־לָנוּ בֵּן נִתַּן־לָנוּ וַתְּהִי הַמִּשְׂרָה עַל־
שִׁכְמוֹ וַיִּקְרָא שְׁמוֹ פֶּלֶא יוֹעֵץ אֵל גִּבּוֹר אֲבִי־עַד שַׂר־
שָׁלוֹם׃

דְּבָרַי בְּפִיו וְדִבֶּר אֲלֵיהֶם אֵת כָּל־אֲשֶׁר אֲצַוֶּנּוּ׃

19. וְהָיָה הָאִישׁ אֲשֶׁר לֹא־יִשְׁמַע אֶל־דְּבָרַי אֲשֶׁר
יְדַבֵּר בִּשְׁמִי אָנֹכִי אֶדְרֹשׁ מֵעִמּוֹ׃

15. Prophetam è-medio-tui è-fratribus-tuis, ſicut-me ſuſcitabit tibi *Jehova* Deus-tuus, ei auſcultabitis:

16. Secundùm-omnia quæ petiiſti à *Jehova* Deo-tuo in-Choreb, in-die congregationis, dicendo: non pergam audire vocem *Jehovæ* Dei mei, & ignem maximum iſtum non videbo ampliùs, &-non moriar.

17. Et-dixit *Jehova* ad-me, bene-fecerunt, quod locuti-ſunt.

18. Prophetam ſuſcitabo eis, è-mediò fratrum-ipſorum, ſicut-te, &-dabo verba-mea in-os-ejus, &-loquetur ad-eos omnia, quæ præcepero-ei.

19. Eritque vir-ille, qui non auſcultaverit ad verba-mea, quæ locuturus eſt in-nomine meo, ego repoſcam ab-illo.

IV. Jeſaiæ, *De conceptione & nativitate Chriſti, cap. 7. verſ.* 10.

10. וַיּוֹסֶף יְהוָֹה דַּבֵּר אֶל־אָחָז לֵאמֹר׃

11. שְׁאַל־לְךָ אוֹת מֵעִם יְהוָֹה אֱלֹהֶיךָ הַעְמֵק
שְׁאָלָה אוֹ הַגְבֵּהַ לְמָעְלָה׃

10. לֹא־יָסוּר שֵׁבֶט מִיהוּדָה וּמְחֹקֵק מִבֵּין רַגְלָיו

עַד כִּי־יָבֹא שִׁלֹה וְלוֹ יִקְּהַת עַמִּים׃

8. Jehuda tu, celebrabunt-te fratres-tui, manus-tua (*erit*) in-cervice inimicorum-tuorum: incurvabunt-ſe tibi filii patris-tui.

9. Catulus leonis Jehuda: à præda fili-mi aſcendiſti: incurvavit ſe, procubuit tanquam-leo, &-ſicut-immanis-leo: quis excitabit illum?

10. Non recedet ſceptrum à-Jehuda, &-legislator è medio pedum-ejus, uſquedum venturus-erit SCHILO (i. e. filius-ejus) &-ei (*erit*) obedientia populorum.

III. Moſis, *De* CHRISTO *Propheta & Mediatore*, *Deut.* 18. *verſ.* 15. *& ſeqq.*

15. נָבִיא מִקִּרְבְּךָ מֵאַחֶיךָ כָּמֹנִי יָקִים לְךָ יְהוָה
אֱלֹהֶיךָ אֵלָיו תִּשְׁמָעוּן׃

16. כְּכֹל אֲשֶׁר־שָׁאַלְתָּ מֵעִם יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בְּחֹרֵב
בְּיוֹם הַקָּהָל לֵאמֹר לֹא אֹסֵף לִשְׁמֹעַ אֶת־קוֹל יְהוָה
אֱלֹהָי וְאֶת־הָאֵשׁ הַגְּדֹלָה הַזֹּאת לֹא־אֶרְאֶה עוֹד וְלֹא
אָמוּת׃

17. וַיֹּאמֶר יְהוָה אֵלָי הֵיטִיבוּ אֲשֶׁר דִּבֵּרוּ׃

18. נָבִיא אָקִים לָהֶם מִקֶּרֶב אֲחֵיהֶם כָּמוֹךָ וְנָתַתִּי
דְבָרַי

Textus I. *De ſemine mulieris benedicto, quod eſt* Christus, Geneſ. 3. v. 14. 15.

14. וַיֹּאמֶר יְהוָה אֱלֹהִים אֶל־הַנָּחָשׁ כִּי עָשִׂיתָ זֹּאת
אָרוּר אַתָּה מִכָּל־הַבְּהֵמָה וּמִכֹּל חַיַּת הַשָּׂדֶה עַל־
גְּחֹנְךָ תֵלֵךְ וְעָפָר תֹּאכַל כָּל־יְמֵי חַיֶּיךָ׃
15. וְאֵיבָה אָשִׁית בֵּינְךָ וּבֵין הָאִשָּׁה וּבֵין זַרְעֲךָ וּבֵין
זַרְעָהּ הוּא יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ וְאַתָּה תְּשׁוּפֶנּוּ עָקֵב׃

14. Et-dixit Jehova Deus ad ſerpentem: Quia feciſti iſtud, maledictus tu præ-omni jumento, &-præ-omni beſtiâ agri: ſuper ventrem-tuum ibis, &-pulverem comedes omnibus diebus vitæ-tuæ.

15. Et-inimicitiam ponam inter-te, &-inter mulierem-hanc, interque ſemen-tuum &-inter ſemen-ejus: illud conteret-tibi caput, &-tu contereſ-ipſi calcaneum.

II. Jacobi patriarchæ, *De* Schilo, *id eſt*, *Chriſto ex tribu Jehuda orituro*, *Gen.* 49. *v.* 8. 9. 10.

8. יְהוּדָה אַתָּה יוֹדוּךָ אַחֶיךָ יָדְךָ בְּעֹרֶף אֹיְבֶיךָ
יִשְׁתַּחֲווּ לְךָ בְּנֵי אָבִיךָ׃
9. גּוּר אַרְיֵה יְהוּדָה מִטֶּרֶף בְּנִי עָלִיתָ כָּרַע רָבַץ
כְּאַרְיֵה וּכְלָבִיא מִי יְקִימֶנּוּ׃

10.

Hinc ex פָּקְדוּ fit פָּקָדוּ à פָּקַד. Sic: גָּבֵרוּ: à גָּבְרוּ: item: יָכֹלוּ à יָכוֹל. ' In Futur. תִּפְקֹדוּ à תִּפְקוֹד, נָתָנָה *illa dedit*, Jud. 5: 25. תֵּלֵכִי *ibis*, pro תֵּלְכִי Gen. 16: 1. וְאֶתֵּנָה *& dabo*, Pſ. 51: 18. & ita deinceps per omnes conjugationes.

10. Pauſa etiam facit, ut ו copula ante monoſyllaba & biſyllaba penacuta, notetur cum Kâmetz, cùm aliâs poſceret Scheva: ut, וָמֵתוּ, וָקָם &c.

F I N I S.

Caput XLVIII.

TEXTUS BIBLICI.

QUandoquidem libros Biblicos Hebræos non ſemper ad manum habent, aut habere poſſunt tyrones, commodum viſum fuit, materiam hîc quoque ſuppeditare, in qua legendo & interpretando ſe exerceant, atque præcepta ſimul ad uſum utcunque accommodare diſcant, donec exercitatiunculis hiſce præculti, Theſaurum noſtrum Grammaticum tractare, & utiliter pervolvere poſſint.

Promiſſiones de Meſſia ſive de Chriſto.

3. Pauſæ majores *Athnach* & *Silluk* communiter producunt Pathach & Sægol in Kametz:

4. Pathach & in ultima & penultima ſyllaba: ut, שָׁמָיִם *Cœlum*, Geneſ. 1: 8. אָמָר *Dixit*, Geneſ. 21: 1. & ſic cum Silluk, pro אָמַר, שָׁמַיִם.

5. Sægol non quodvis, ſed penultimum in vocibus cum gemino Sægol: ut חָסֶד pro חֶסֶד *Benignitas*: תִּפְאָרֶת pro תִּפְאֶרֶת *Decus*. Excipiuntur tamen utrinque non pauca, quæ à Maſorethis obſervata ſunt.

6. Sakeph katon quandoque etiam hoc facit: ut, אָחָז *Corripiet*, Exod. 15: 14. pro אָחַז. Rariſſimè pauſæ minores id agunt.

7. Pauſa ex ultima ad penultimam rejecta, convertit ibi Scheva ante affixum ךָ in Sægol: ut, דְּבָרֶךָ pro דְּבָרְךָ *Verbum tuum*. Sic etiam Scheva in Nominibus formæ פְּרִי: ut, עַל־הַלֶּחִי *Super maxillam*, 1 Reg. 22: 24. quod aliâs ſcribitur לְחִי.

8. Dicitur etiam לָךְ pro לְךָ: Sic אוֹתָךְ, מִמֵּךְ quando pauſa à litera ך ad præcedentem rejicitur.

9. In verbis pluralibus in ו, & in fœmininis ſingularibus in ה vel י finitis, item cum ה paragogico, ſi pauſa ad penultimam rejicitur, tunc pro Scheva redit illic ea vocalis, quam vox maſculina aut ſingularis vel ſine ה parag. in eo Tempore habuit; quæ ſi fuerit Pathach, tum producitur illud in Kametz.

Hinc

Circa te, בַּעֲדוֹ *Pro eo*, בַּעַדְכֶם *Pro vobis*, בַּעֲדֵיהֶם *Pro eis.*

11. לְמַעַן, לְמַעֲנִי *Propter me*, לְמַעַנְךָ, לְמַעֲנֵךְ *Propter te*, *&c.*

12. מִן, מִנֵּי, מֶנִּי, מִמֶּנִּי *A me*, מִמְּךָ *A te*, מִמֶּנּוּ *Ab eo*, pro quo etiam legitur, מֶנְהוּ & מִנְּהוּ *Ab illo*, מֵהֶם, מִנְהֶם *Ab eis*, מִכֶּם, מִמְּכֶם *A vobis*, מִמֶּנּוּ *A nobis.*

13. נֶגֶד, נֶגְדִּי *Coram me*, נֶגְדְּךָ *Coram te.*

14. עִם, עִמִּי *Mecum*, עִמְּךָ *Tecum*, &c.

15. Inſeparabiles tres בכל ante Nomina, ſæpiſſimè articulum ה extrudunt, & vendicant ſibi ejus punctationem: ut, בַּמִּשְׁפָּט *in judicio*, Pſal. 1:5. pro בְּהַמִּשְׁפָּט.

Caput XLVII.

DE VARIATIONE PUNCTORUM

Vocalium propter Accentus.

§. 1. Tripliciter potiſſimum fit variatio vocalium propter accentus.

Primò, Quando legitimus accentus à voce auffertur: Secundò. Quando à proprio loco tranſponitur: Tertiò. Quando pauſa ſyllabam occupat.

2. De primo & ſecundo, vide cap. 5.

L. 3. Pau-

2. אַחַר אַחֲרֵי, unde אַחֲרַי *poſt me*, אַחֲרֶיךָ *Poſt te* &c.

3. לִפְנֵי Præpoſitio eſt orta ex Nomine פָּנִים, quod conſtructè dicitur פְּנֵי, & inde præpoſito לְ, לִפְנֵי *Ad conſpectum*. id eſt, *Coram*, *Ante*. Forma conſtructa cum Affixis conſtructis tantum uſurpatur: ut לִפְנֵיכֶם לִפְנֵיהֶם &c. Aliâs ſemper juxta formam Nominis, לְפָנַי *Coram me*, לְפָנֶיךָ *Coram te*, לְפָנֵינוּ *Coram nobis*, *&c.*

4. עַד, עַל eandem formam ſequuntur: עָדַי *Uſque ad me*, עָלַי *Adverſus me:* עָדֶיךָ, עָלֶיךָ, & ſic deinceps. At cum Affixis conſtructis, עֲדֵיכֶם, עֲלֵיכֶם &c.

5. תַּחַת, תַּחְתַּי *Sub me*, תַּחְתֶּיךָ *Sub* vel *pro te*, תַּחְתָּיו *Pro eo*, תַּחְתֵּיהֶם *Pro eis*, &c.

6. Hæ Sequentes Præpoſitiones recipiunt Affixa ſub forma nominum ſingularium.

7. אֵצֶל, אֶצְלוֹ *Apud eum*, &c.

8. אֵת, אִתִּי *Mecum*, אִתְּךָ *Tecum*, אִתּוֹ *cum eo*, *&c.*

9. בִּלְתִּי abjicit י poſterius, unde tantum reperiuntur, בִּלְתִּי *Præter me*, בִּלְתֶּךָ *Præter te*.

10. בְּעַד, בַּעֲדִי *Circum me*, בַּעַדְךָ בַּעֲדֶךָ *Pro te*, *Circa*

Caput XLVI.

III. DE VARIATIONE PARTICULARUM SIVE vocis indeclinabilis ob AFFIXA.

I. *De mutatione Adverbiorum ob affixa.* §. I.

Adverbia pauca aſſumunt *affixa*, unde ipſorum quoque forma abſoluta mutatur.

2. כְּמוֹ. Huic formæ junguntur Affixa conſtructa: ut, כְּמוֹכֶם *Sicut vos*, כְּמוֹהֶם *Sicut illi.* At cum aliis affixis כ habet Kametz: ut, כָּמוֹנִי *Sicut ego*, כָּמוֹנוּ *Sicut nos.*

3. אַיֵּה, הִנֵּה literam ה cum præcedente vocali abjiciunt: ut, אַיּוֹ *Vbi eſt illi?* אַיֶּכָּה *Vbi es tu?* אַיָּם *Vbi ſunt illi?* הִנּוֹ vel הִנֵּהוּ *Ecce eum* הִנְּךָ *ecce te.*

4. עוֹד & אֵין non mutantur.

II. *De Variatione Præpoſitionum ob Affixa.*

§. 1. Quædam Præpoſitiones aſſumunt affixa ſub forma nominum pluralium: ut ab אֶל *Ad*, fit אֵלַי *Ad me*, אֵלֶיךָ *Ad te:* At cum Affixis conſtructis, habet quaſi formam conſtructam, אֲלֵיהֶם *Ad eos*, &c.

2.

60. Defectiva ſecundâ, יְסַבֻּנוּ *Circumdabit eum*, Jerem. 52: 21. à יָסוֹב. *Pibel* תְּסוֹבְבֵנִי *Circumdabis me*, Pſalm. 32: 7. Hiphil, יְסִבֵּנִי *Circumduxit me*, Ezech. 47: 2. à יָסֵב.

61. Quieſcentia ſecundâ, תְּצוּדֵנִי *Venaris me*, Job. 10: 16.

62. Quieſcentia tertiâ, א, יִמְצָאֵהּ *Inveniet eam*, Geneſ. 16: 7.

63. Quieſcentia tertiâ, ה, וַתִּרְאֵהוּ *Et vidit illum*, Exod. 2: 6. abjicitur ſcilicet ה cum præcedenti vocali, ut aliâs, vide ſupra §. 11.

תִּפְקְדִי, תִּפְקְדוּ, יִפְקְדוּ

64. Nihil hîc mutatur, ſi terminale punctum fuerit cholem; ſed quando terminans punctum eſt pathach, mutatio fit ut in Imperativo: vide pag. 156.

תִּפְקֹדְנָה

65. Cum Affixis pro hac uſurpatur תִּפְקְדוּ: ut, תַּחְשְׁבֻנִי *Reputant me*, Job. 19: 15. quod ibi eſt fœmininum: תּוֹכִחֻךְ *Corripiant te*, Jer. 2: 19. quod ſimiliter fœmininum.

66. Denique quomodo *Paragoge* & *Apocope* voces quaſdam Verborum mutent, id ſuis locis paſſim oſtendimus in conjugationibus Verborum.

CAPUT

eos.	יִפְקְדֵם	eum.	(יִפְקְדוֹ) (יִפְקְדֵהוּ) (יִפְקְדֶנּוּ)	3. perſ.
eas.	יִפְקְדֵן	eam.	(יִפְקְדָהּ) (יִפְקְדֶהָ) (יִפְקְדֶנָּה)	3. perſ.
vos. m.	יִפְקָדְכֶם	te. m.	יִפְקָדְךָ	2. perſ.
vos. f.	יִפְקָדְכֶן	te. f.	יִפְקְדֵךְ	
nos.	יִפְקְדֵנוּ	me.	יִפְקְדֵנִי	1. perſ.

55. Cholem & Tzere mutantur in Scheva: ut, תֹּאכְלֶנּוּ *comedes illud*, Deut. 12: 8. à תֹּאכַל. Et ante כֶן & כֶם, ךָ Scheva ob ſequens Scheva in vocalem brevem Kametz-chatuph origini reſpondentem mutatur: ut, יִשְׁמָרְךָ *cuſtodiet te.*

56. Terminatio Pathach ſe habet ut in Imperativo.

57. In *Pihel* Tzere corripitur in Scheva, & ante כֶן, כֶם, ךָ Scheva ob ſequens Scheva in vocalem brevem etiam origini reſpondentem, mutatur: ut, תְּחַבְּקֵנִי׃ *Amplexabitur me*, Cantic. 2: 6. יְזַמֶּרְךָ, *Pſallet tibi*, Pſal. 30: 13.

58. Rarò eſt נִּי pro נִי.

59. Quandoque נ per epentheſin Affixo הוּ præmittitur, יְבָרְכֶנְהוּ׃ *Benedicet ei*, Pſal. 72: 15.

60. De-

49. Defectiva ſecundâ, חָנֵּנִי *Gratiam fac mihi*, Pſ. 41: 11. ex חֹן: vel, חֻקָּהּ *Exara ipſam*, Jeſa. 30: 8. eſt à חֹק.

50. Quieſcentia primâ י ex terminatione Pathach, דָעֵהוּ *Cognoſce eum*, Proverb. 3: 6. Pathach in Kametz producto, ut antè.

51. Quieſcentia ſecundâ ex *Hiphil*, וַהֲקִימֵנִי *Et ſuſcita me*, Pſal. 41: 11.

52. Quieſcentia tertià ה, נְחֵנִי *Deduc me*, Pſal. 5: 9. Vide ſupra §. 11.

פִּקְדוּ פִּקְדִי

Nihil hic mutatur, ſi prima vox Imperativi in Cholem terminetur: ſi autem in pathach deſinat, pathach ex ſchevate reſtituitur, & reſtitutum in Kametz tranſit.

פִּקוֹדְנָה *Viſitate vos fœm.*

53. Exempla non occurrunt. Si affixa jungenda ſint, jungentur ad formam פִּקְדוּ. Sic etiam fit in hac voce Futuri.

F V T V R V M.

אֶפְקוֹד תִּפְקוֹד יִפְקוֹד נִפְקוֹד

54. Eodem modo hiſce omnibus Affixa junguntur, omiſſis Affixis ſimilium perſonarum. Exemplum ſit tertia perſona.

eos

mere me, &c. In *Hiphil* mutatur Kametz ſub Characteriſtica ה in Chatephpatach, & Tzere terminale in Chirck, ſeq. Dageſch. וְזֶה הַחִלָּם *Et hoc eſt incipere eorum*, Gen. 11:6. ex forma הָחֵל. Pathach autem ſub ה eſt loco Chatephpathach, propter ſequentem gutturalem ח.

42. Quieſcentia primâ י, ſe habent ut Defectiva primâ.

43. Quieſcentia tertiâ א mutantur ut perfecta: בְּקָרְאִי *In clamando me*, Pſal. 4: 2. ex forma קְרוֹא.

44. Quieſcentia tertiâ ה, ad terminationem וֹת Affixa recipiunt, non ad alteram: ut בִּבְנוֹתְכֶם

IMPERATIVUS.

פְּקוֹד *Viſita tu vir.*

45. Servatur forma Infiniti. Affixa ךְ & ם hîc habet ante ſe Tzere: ut, כָּתְבֵם *Scribe ea*, Proverb. 3: 3.

46. Altera forma פְּקַד, mutat Pathach in Kametz: ut, שְׁמָעֵנִי *Audi me*, Gen. 23: 11.

47. In *Pihel* שַׂמְּחֵנִי *Lætifica me*, Pſal. 90: 15. ex שַׂמַּח.

48. Defectiva primâ נ, וּתְנֵם *Et da eos*, Neh. 3: 36. ex תֵּן.

49. De-

rum, Hoſ. 9: 10. Forma פְּקָדְכֶם, פָּקְדְךָ eſt à פָּקוֹד, Cholem in kametzchatuph correpto. Sic differt forma hæc Infiniti à Nominibus formæ כָּבוֹד, quæ Cholem retinent, ut, כְּבוֹדְךָ.

35. Junguntur etiam Affixa formæ paragogicæ Infinitivi, & tunc ה mutatur in ת, ut in Nominibus fœmininis: ut, בְּקָרְבָתָם *Accedentibus ipſis*, Exod. 40: 32. ex forma קָרְבָה.

36. In forma Infiniti, פְּקֹד, Pathach tranſit in Scheva, propter quod convertitur antecedens Scheva in Chirek: ut, עַל־בִּקְעָם *Propter diffindere ipſos*, Amos 1: 13. Si adſit gutturalis, tum pro Chirek eſt Pathach, vel Sægol: ut, לְפַעֲמוֹ *Agitare ipſum*, Jud. 13: 25.

37. In *Niphal* mutatur Tzere in Scheva: ut, בְּהִנָּבְאוֹ: *In prophetando ipſum*, Zach. 13: 3.

38. In *Pihel* tranſit Tzere in Scheva: ut, עַל־צַדְּקוֹ *Propter juſtificare ipſum*, Job. 32: 2.

39. In *Hiphil* ſemper junguntur Affixa formæ cum Chirek: ut, הַקְרִיבוֹ.

40. Defectiva primâ נ, mutant duplex Sægol, ut Nomina iſtius formæ: ut, עַד־גִּשְׁתּוֹ *Ad accedere ipſum*, Gen. 33: 3. A תֵּת eſt תִּתִּי.

41. Defectiva ſecundâ mutant Cholem in Kibbutz ſeq. Dageſch: ut, עַד־תֻּמִּי *Uſque ad conſumere*

mere

PARTICIP. PRÆTER.

ſive Pahul.

פָּקוּד *Viſitatus,*

32. פָּקוּדוֹ *Viſitatus ejus*, & ſic deinceps, cum Affixis præcedentis Temporis.

INFINITIVUS.

פְּקוֹד *Viſitare.*

eos.	פָּקְדָם	eum.	פָּקְדוֹ פָּקְדֵהוּ פָּקְדֶנּוּ	3. perſ.
eas.	פָּקְדָן	eam.	פָּקְדָהּ פָּקְדֶנָּה	3. perſ.
vos. m.	פָּקְדְכֶם פְּקָדְכֶם	te. m.	פָּקְדְךָ פָּקְדֶךָ	2. perſ.
vos. f.	פָּקְדְכֶן פְּקָדְכֶן	te. f.	פָּקְדֵךְ	2. perſ.
nos.	פָּקְדֵנוּ	me.	פָּקְדִי פָּקְדֵנִי	1. perſ.

33. In hac forma terminatio Cholem corripitur in Kametzchatuph, & transfertur ad primam radicalem, & ejus Scheva ad ſecundam.

34. Si ſecunda ſit gutturalis, tum pro Scheva ponitur Chatephkametz: ut, בָּחֳרִי *Eligere me*, Ezech. 20: v. 5. כְּאָהֳבָם *Secundum amare ipſo-*

calem brevem mutatur : ut, אֹהַבְךָ *Diligentis te*, 2 Par. 20: 7.

27. *Pihel* מְפַקְּדוֹ, מְפַקֶּדְךָ, &c.

28. Quieſcentia ſecundâ retinent Kametz : ut in tertiis Præteriti. Ex *Hiphil*, מְעִירָם *Suſcito eos*, Joel. 4: 7.

29. Quieſcentia tertiâ ה, abjiciunt illud cum Præcedente Sægol : ut, בּוֹזֵהוּ *Spernens eum*, Proverb. 14: 2.

פּוֹקֶדֶת *Viſitans illa.*

30. Formæ פֹּקֶדֶת nulla Affixa adjunguntur. Duplex autem Sægol ſe habet, ut in Nominibus: ut, יוֹעַצְתּוֹ *Conſulens ipſi*, 2 Paral. 22: 3.

פּוֹקְדִים, פֹּקְדוֹת *Viſitantes.*

eos.	פּוֹקְדֵיהֶם	eum.	פּוֹקְדָיו
eas.	פּוֹקְדֵיהֶן	eam.	פּוֹקְדֶיהָ
vos. m.	פּוֹקְדֵיכֶם	te. m.	פּוֹקְדֶיךָ
vos. f.	פּוֹקְדֵיכֶן	te. f.	פּוֹקְדַיִךְ
nos.	פּוֹקְדֵינוּ	me.	פּוֹקְדַי

13. Formæ Fœmininæ eadem Affixa junguntur: ut, פֹּקְדוֹתָיו &c.

PAR-

פְּקַדְתֶּם פְּקַדְתֶּן *Viſitaſtis vos.*

eos.	פְּקַדְתּוּם	eum.	פְּקַדְתּוּהוּ)	3. perſ.
cas.	פְּקַדְתּוּן	eam.	פְּקַדְתּוּהָ)	
nos.	פְּקַדְתּוּנוּ	me.	פְּקַדְתּוּנִי	1. perſ.

פְּקַדְנוּ *Viſitavimus.*

eos.	פְּקַדְנוּם	eum.	פְּקַדְנוּהוּ
eas.	פְּקַדְנוּן	eam.	פְּקַדְנוּהָ
vos. m.	פְּקַדְנוּכֶם	te. m.	פְּקַדְנוּךָ
vos. f.	פְּקַדְנוּכֶן	te. f.	פְּקַדְנוּךְ

25. Cholem in his mutatur in Kametzchatuph.

PARTICIP. PRÆSENS.

ſive Benoni.

פּוֹקֵד *Viſitans ille.*

eos	פּוֹקְדָם	eum.	(פּוֹקְדוֹ (פּוֹקְדֵהוּ
eas.	פּוֹקְדָן	eam.	פּוֹקְדָהּ
vos. m.	פּוֹקֶדְכֶם	te. m.	פּוֹקֶדְךָ
vos. f.	פּוֹקֶדְכֶן	te. f.	פּוֹקְדֵךְ
nos. c.	פּוֹקְדֵנוּ	me. c.	פּוֹקְדֵנִי

26. Tzere tranſit in Scheva, & ante affixa ךָ, כֶן & כֶם, hoc Scheva ob ſequens Scheva in vo-

Jer. 4. v. 19. י tamen illud quandoque excidit: ut רִמִּיתָנִי *Decepiſti me*, 1 Sam. 19: 17. Cholem mutur in Kametzchatuph.

פְּקַדְתִּי *Viſitavi.*

20. Forma eadem hîc eſt, quæ in præcedenti voce; niſi quòd pro Affixis primæ perſonæ, hîc adhibentur Affixa ſecundæ perſonæ. Cholem in Kametzchatuph: ut, יְכָלְתִּיו *Prævalui ipſi*, Pſal. 13: 5.

פָּקְדוּ *Viſitarunt illi vel illæ.*

eos.	פְּקָדוּם	eum.	פְּקָדוּהוּ	Aff. 3. perſ.
eas.	פְּקָדוּן	eam.	פְּקָדוּהָ	
vos. m.	פְּקָדוּכֶם	te. m.	פְּקָדוּךָ	2. perſ.
vos. f.	פְּקָדוּכֶן	te. f.	פְּקָדוּךְ	
nos. c.	פְּקָדוּנוּ	me. c.	פְּקָדוּנִי	1. perſ.

21. Et hîc Pathach, vocalis ſecundæ radicalis reſtituitur, & reſtituta in Kametz mutatur.

22. Terminatio Tzere reſtituitur: ut, יְרֵאוּהוּ *Reverentur ipſum*, Job. 37: 24.

23. Quieſc. ſecundâ, שָׂמוּךָ *poſuerunt te*, Pſ. 86: 14. Hiphil, הֱשִׁיבוּם *Referebant ea*, 1 Reg. 14: 28.

24. Quieſcentia tertiâ ה retinent Kametz: ut, עָשׂוּנִי *Fecerunt me*, Pſal. 119: 73.

פְּקַדְתֶּם

14. Quieſcentia ſecundâ & hîc Kametz prius retinent: ut, שְׁמַרְתָּהוּ: & ſic reliqua juxta præcedentis perſonæ formam.

פָּקַדְתָּ *Tu vir viſitaſti.*

eos.	פְּקַדְתָּם / פְּקַדְתָּמוֹ	eum.	פְּקַדְתּוֹ / פְּקַדְתָּהוּ	Affixa 3. perſ.
eas.	פְּקַדְתָּן	eam.	פְּקַדְתָּהּ	
nos.	פְּקַדְתָּנוּ	me.	פְּקַדְתַּנִי	1. perſ.

15. Affixa ſecundæ perſonæ deſunt, ne reciproca fiat ſignificatio.

16. Terminatio Cholem mutatur in Kametz-chatuph.

17. Quieſcentia tertiâ א, וּמְצָאתָהּ *Et inveniſti eam*, Deut. 22: 3.

18. Quieſcentia tertiâ ה, גְּלִיתוֹ.

פָּקַדְתְּ *Tu fœm. viſitaſti.*

		eum.	פְּקַדְתִּיו / פְּקַדְתִּיהוּ	Affix. 3. perſ.
eos.	פְּקַדְתִּים			
eas.	פְּקַדְתִּין	eam.	פְּקַדְתִּיהָ	
nos.	פְּקַדְתִּינוּ	me.	פְּקַדְתִּינִי	1. perſ.

19. Accedit י ante Affixa, tanquam nota fœminina, ex forma אַתְּי, unde & perſonæ ſeparatæ quandoque additum legitur: vide Ezech. 16: 18.

9. Quieſcentia ſecundâ ſemper retinent Kametz: ut, שָׂמְךָ, שָׂמַנִי, שָׂמוֹ, &c.

10. Quieſcentia tertiâ א, ultimum Kametz retinent: ut, קְרָאוֹ, &c.

11. Quieſcentia tertiâ ה, non ſolùm in hac perſona præteriti, ſed ubicunque in ſuum ה radicale deſinunt, & affixa recipiunt, illud ſuum ה cum antecedente vocali abjiciunt: ut, עָשָׂהוּ *fecit illum*, ab עָשָׂה, Pſal. 95:5. נְחֵנִי *duc me*, a נְחֵה Pſal. 5:9. *&c.*

פָּקְדָה *Illa viſitavit.*

eos.	פְּקָדָתַם / פְּקָדַתְהֶם	eum.	פְּקָדַתְהוּ / פְּקָדַתּוּ	Affixa.
eas.	פְּקָדָתַן / פְּקָדַתְהֶן	eam.	פְּקָדַתְהָ / פְּקָדַתָּה	3. perſ.
vos. m.	פְּקָדַתְכֶם	te. m.	פְּקָדַתְךָ	
vos. f.	פְּקָדַתְכֶן	te. f.	פְּקָדַתֵךְ	2. perſ.
me. c.	פְּקָדַתְנוּ	me. c.	פְּקָדַתְנִי	1. perſ.

12. Hîc Pathach, vocalis ſecundæ radicalis, reſtituitur, & reſtituta in Kametz mutatur: terminatio הָ mutatur in תַ præterquam ante affixa ם & ן, ubi mutatur in Kametz.

13. Terminatio Tzere & hîc reſtituitur: ut, אֲהֵבַתְהוּ: *amavit illum*, 1 Sam. 18:28.

14. Quie-

PRÆTERITUM KAL.

פָּקַד *Ille viſitavit.*

eos.	פְּקָדָם / פְּקָדָמוֹ	eum.	פְּקָדוֹ / פְּקָדָהוּ	Affixa 3. perſ.
eas.	פְּקָדָן	eam.	פְּקָדָהּ	
vos. m.	פְּקַדְכֶם	te. m.	פְּקָדְךָ	2. perſ.
vos. f.	פְּקַדְכֶן	te. f.	פְּקָדֵךְ	
nos. c.	פְּקָדָנוּ	me. c.	פְּקָדַנִי	1. perſ.

REGULA.

Kametz prima radicalis per totum Præteritum mutatur in Scheva, Pathach in tertiis perſonis in Kametz, exceptis, כֶם, כֶן, *ante quæ in hac perſona manet.*

5. Terminatio altera *Tzere*, manet: אֲהֵבְךָ אֲהֵבוֹ &c.

6. *Cholem* tertia terminatio non ſequente Scheva manet: at ſequente Schevâ, corripitur in Kametz-chatuph.

7. In Pihel mutatur Tzere in Scheva: ut, פִּקְּדוֹ.

Sequente alio Scheva, tranſit in Sægol vel Pathach.

8. Defectiva ſecundâ in Hiphil mutant Tzere prius in Scheva, alterum in Chirek ſequente dageſch: ut, הֲדִמָּנוּ *ſilere fecit nos*, Jer. 8: 14.

REGULA VI.

Chirek *in forma* פְּרִי *in Scheva mutatur, unde antecedens Scheva in vocalem brevem tranſit: ut* פְּרִי Fructus, פִּרְיוֹ & פֶּרְיוֹ, עֲדִי, עֶדְיוֹ os ejus, *Pſal.* 32:9. חֳלִי morbus, חָלְיוֹ.

CAPUT XLV.

II. DE VARIATIONE VERBORUM ob AFFIXA. §. I.

QUomodo verba mutentur propter flexionem, id ipſa conjugandi norma indicat, quæ idcirco cuique nota eſſe debet.

2. At Pronominum inſeparabilium ſive Affixorum cum ipſis ſtructura & conjunctio, longè maximam mutationem efficit, quam hîc breviter delineatam accipe.

3. In genere obſervetur:

ַנִי Præterito jungitur: ֵנִי reliquis Temporibus.

ֶנָּה ֶנּוּ non junguntur Præterito; reliquis rectè.

ֵם ֵן Imperativo & Futuro: aliis ָם ָן.

ָהוּ Præterito; ֵהוּ reliquis.

4. Vocibus in vocalem immediatè finitis, nudum Affixum adjungitur.

PRÆ-

REGULA IV.

In penacutis Cholem *penultima ſyllaba, ſequente ſagol vel pathach loco ſagol, mutatur in Kametz-chatuph aut Kibbutz.*

Ut, קֹדֶשׁ Sanctitas, קָדְשׁוֹ Sanctitas ejus. גֹּדֶל magnitudo, גָּדְלוֹ magnitudinem ſuam, *Deut.* 5: 21. *Excipe* גֻּלְגֹּלֶת *unde*, גֻּלְגַּלְתּוֹ Cranium ejus, *Jud.* 9: 53. [Alii codices tamen legunt גֻּלְגָּלְתּוֹ.]

20. At ſequente Kametz vel Tzere, invariatum manet: ut, אוֹצָרוֹ *Theſaurus ejus*, Deut. 28: 12. ab אוֹצָר.

21. Cholem *ultima ſyllaba* manet, exceptis quibuſdam ex defectivis ſecundâ radicali derivatis, in quibus corripitur in Kibbutz vel Kametz-chatuph ſequente dages: ut, מָעוֹז *Robur*, מָעֻזּוֹ *robur ejus*. עֹז, עָזִּי *robur meum*, Jeſ. 12: 2.

REGULA V.

Pathach *ultima ſyllaba in quibuſdam defectivis mutatur in Chirek ſequente Dages.* Ut, פַּת Bucella, מִפִּתּוֹ De buccella ejus, 2 *Sam.* 12: 3. *Sed à* דְּבַשׁ *eſt* דִּבְשִׁי Mel meum, *Cantic.* 5: 1.

22. Pathach & Chirek in forma זַיִת contrahuntur in Tzere: ut, זַיִת *Oliva*, זֵיתְךָ *Oliva tua*, Deut. 24: 20. Huc pertinent, בַּיִת, חַיִל, יַיִן & ſimilia.

mutatur in ſcheva, unde prius vertitur in Chirek. Ut בֶּגֶד Veſtis, בִּגְדוֹ Veſtis ejus, בִּגְדִי Veſtis meæ. *ſic* סִפְרִי à סֵפֶר.

16. Quædam pro Chirek habent Pathach, maximè quando prima aut ſecunda eſt gutturalis aut ר: ut, אֶבֶן *Lapis*, אַבְנוֹ *Lapis ejus.* Eam formam etiam ſequuntur, צֶלֶם, צֶלַע, צֶמֶר, קֶשֶׁת, גֶּפֶן, נֶפֶשׁ, מֶלֶךְ, כֶּסֶף, כֶּלֶב, שֶׁמֶן, שֶׁתַע, טֶנֶא, דֶּלֶת, זֶרַע, סֶלַע, פֶּלֶג. A תִּפְאֶרֶת eſt תִּפְאַרְתּוֹ *Gloria ejus.* Quæ habent Tzere ſub prima gutturali magis amant ſægol: ut, חֵלֶק חֶלְקוֹ *pars ejus.*

17. Sægol primum poſt ſe Scheva habens, manet: ut, אֶצְבַּע *Digitus*, אֶצְבָּעוֹ *Digitum ſuum*, Levit. 4: 6.

18. Terminatio ה abjicitur: ut, מִקְנֶה *Poſſeſſio*, מִקְנֵהוּ *Poſſeſſio ejus*, Job. 1: 3. Attamen ante הָ Sægol manet: ut, מִקְרֶהָ *Accidens ejus*, à מִקְרֶה Ruth. 2: 3.

19. פֶּה ſpecialem anomaliam habet, in mutatione ה in י: ut, פִּי *Os meum* (cum hoc affixo י jod loco ה poſitum excidit, ne duo jod concurrant) פִּיךָ *Os tuum*, פִּיו & פִּיהוּ *Os ejus*, שֵׂיוֹ *pecudem ejus*, Deut. 22: 1. ab inuſitato שֵׂיָה, שֵׂיֵהוּ *pecus ſuum*, 1 Sam. 14: 34. ab inuſitato שֵׂיָה.

RE-

שֵׁיבָה , שְׁאֵרִית , שְׁאֵלָה , רֵאשִׁית , צֵאָה , עֶרוֹת , תְּאֵנָה , אֵימָה. In בְּהֵמָה ſemper mutatur in Sægol· בְּהֶמְתְּךָ *Jumentum tuum.*

10. *Ultima ſyllaba* in Nominibus formæ זָקֵן & פְּאֵר manet.

11. In forma שׁוֹמֵר mutatur in Scheva: שׁוֹמְרֵנִי Cuſtodiens me.

12. Ante כֶן ךָ & כֶם Scheva ob ſequens Scheva tranſit in Sægol vel Chirek, aut Pathach propter gutturalem: ut, שׁוֹמֶרְךָ, אֹיִבְךָ. In pauſa autem dicitur שׁוֹמְרֶךָ.

13. Monoſyllaba variant: in his manet, אֵל, אֵיד, שֵׂחַ, רֵאשׁ, רֵשׁ, רֵעַ, עֵץ, עֵד, נֵר, זֵר, דֵּעַ, גֵּר.

14. שֵׁם, בֵּן mutant in Scheva: ut, שְׁמִי *nomen meum.* Sequente alio Scheva, prius pro more tranſit in Chirek: ut שִׁמְךָ *nomen tuum*, quod in pauſa dicitur שְׁמֶךָ.

15. Quædam, nimirum deſcendentia à defectivis ſecundâ, commutant illud in Chirek ſequente dages: ut, עִתִּי ab עֵת *Tempus.* Sic, חֵץ, לֵב, גֵּם, עֵז, קֵץ, קֵן, שֵׁן, אֵב, אֵשׁ, חֵן. At à גֵּו eſt גֵּוְךָ *Tergum tuum.*

REGULA III.

SÆGOL *tam penultima quàm ultima ſyllaba, mu-*

ſecundam numeri majoris, ante affixa (præter ָם, ָי & ָן) omnia: ut, צִדְקוֹתַי *Juſtitiæ mea*, צִדְקוֹתֶיךָ *tua*, &c.

5. Excipe multa ex Quieſcentibus & Defectivis ſecundâ orta, quæ prius Kametz retinent, qualia ſunt, קָצָה *Extremitas*, רָעָה *Malum*, מָעוֹז *robur*, מָגֵן *clypeus*, רָמוֹת *altitudo*: ut, קָצֵהוּ *Finis ejus*, &c. Hinc quoque בָּנִים & פָּנִים Kametz retinent, quaſi ex forma בָּנֶה & פָּנֶה.

6. אָוֶן, מָוֶת, תָּוֶךְ contrahuntur in Cholem: תּוֹכוֹ medium ejus, à תָּוֶךְ.

7. אָב, אָח, חָם Kametz in ſingulari retinent, & ante affixa adſciſcunt jod quieſcens in Chirek: אָבִיךָ *Pater tuus*.

8. קֵן, גַּן, גָּג mutant Kametz in Pathach & Dageſch: ut, גַּגִּי *tectum meum*. Sic à מִשְׂגָּב eſt מִשְׂגַּבִּי *Locus editus meus*.

REGULA II.

TZERE *penultimæ ſyllabæ mutatur in ſcheva, ultimæ partim manet, partim mutatur. Ut*, לְבָבִי Cor meum, à לֵבָב Cor: עֲצָתָם ab עֵצָה Conſilium.

Formam סֵפֶר vide in Sægol.

9. Manet in his & ſimilibus, אֵיתָן, הֵיכָל, גְּבֵלָה, שֵׁיבָה,

REGULA I.

Kametz *penultimæ ſyllabæ in ſingulari numero in utroque genere mutatur in ſcheva: ultimæ manet, præterquam ante Affixa conſtructa* כֶּם, כֶן, הֶם, הֶן.

Maſculina, דָּבָר *Verbum* דְּבָרִי *Verbum meum*, דְּבָרְךָ *tuum*, דְּבָרוֹ *ejus*, דְּבָרָם *eorum*, דְּבָרֵנוּ *noſtrum*, דְּבַרְכֶם *veſtrum*.

2. Fœminina in ה præter mutationem primi Kametz, commutant etiam ה in ת: ut, צִדְקָתִי *Juſtitia mea*, צִדְקָתְךָ *tua*, צִדְקָתוֹ *ejus*, צִדְקַתְכֶם *veſtra*, à צְדָקָה.

Nomina Heëmantica (ut מִלְחָמָה, תִּפְאָרָה &c.) cum duplici Kametz, non recipiunt affixa; ſed ea adduntur nominibus in ת finitis: nam מִלְחַמְתּוֹ *bellum ejus;* deſcendit à מִלְחֶמֶת & non à מִלְחָמָה. Sic תִּפְאַרְתּוֹ eſt à forma תִּפְאֶרֶת, & non à תִּפְאָרָה.

3. Terminatio pluralis maſculina abjicit ם cum puncto Chirek. Accedente affixo primæ perſonæ י etiam י ex ea excidit, ne duo jod concurrant: ut, דְּבָרַי Verba mea, דְּבָרֶיךָ tua, דְּבָרָיו ejus, דְּבָרֶיהָ ejus: fœmin. דְּבָרֵינוּ noſtra, דִּבְרֵיכֶם veſtra, à דְּבָרִים.

4. Fœminina pluralia aſſumunt jod, ceu notam ſecun-

matico. A קֵן reperitur קִנְ, & à בֵּן cum Chirek ſpeciali anomaliâ בִּן *Deut.* 25: 2. *Jonæ* 4: 10.

REGULA IV.

Sægol *ultimæ ſyllabæ ante* ה *mutatur in Tzere:* ut, מִקְנֵה־צֹאן Poſſeſſio ovium, *Gen.* 26: 14.

9. Excipe, פֶּה, unde פִּי־חָכָם *Os ſapientis*, Eccleſ. 10: 12. Aliâs immutatum manet.

REGULA V.

Pathach & Chirek *(non intercedente dageſch) contrahuntur in Tzere:* ut, בֵּית à בַּיִת, Domus.

Caput XLIV.

Variatio NOMINUM ob AFFIXA.

§. 1.

A*ffixa* dicuntur Pronomina inſeparabilia à fine Nominibus adjuncta.

Hic in genere obſervetur, Affixa quatuor כֶם כֶן הֶם הֶן formæ Nominis conſtructæ in utroque genere & numero ſemper adjungi, ac propterea *Affixa conſtructa* ſive *gravia* vocari.

Deinde affixum הוּ tantum Nominibus in ה finitis adjungitur, item Nominibus חָם & אָח אָב. Reliqua mutatio talis.

RE-

6. Tria monoſyllaba, אָב, אָח, חָם mutant Kametz in Chatephpathach, & aſſumunt præterea ad finem literam י: ut, אֲבִי, אֲחִי.

Item tria alia: ut אָוֶן *iniquitas*, מָוֶת *mors* & תָּוֶךְ *medium*, contrahunt Kametz & Sægol in Cholem: ut אוֹן, מוֹת & תּוֹךְ.

7. Excipiuntur aliquàm multa ex Quieſcentibus & Defectivis ſecundâ radicali nata, quæ prius Kametz retinent, qualia ſunt קָמָה, מָעוֹז, מָגֵן, צָרָה & his ſimilia.

REGULA II.

Tzere *invariatum manet, niſi quando antecedit vel ſequitur Kametz, tunc penultima ſyllaba mutatur in ſcheva, ultima in Pathach: ut,* שְׁנַת à שֵׁנָה Somnus: עֲצַת ab עֵצָה Conſilium. Excipe, ſi poſt Tzere ſit litera quieſcens.

REGULA III.

In pluralibus Tzere penultimæ ſyllabæ tranſit in ſcheva, propter quòd antecedens ſcheva convertitur in Chirek, ſicut & antè in forma Kametz: ut, זִקְנֵי à זְקֵנִים Senes: חַצְרֵי à חֲצֵרִים Atria; גִּדְרוֹת à גְּדֵרוֹת Caulæ.

8. Excipiuntur: אֵיבָה *Inimicitia:* הֵיכָל *Templum*, & pluralia, חֲפֵצִים *Deſiderantes*, זֵיתִים *Oleæ*, & alia, quæ vide in Theſauro noſtro Grammatico.

mam vocant *Regimen*, *Statum regiminis*, *Statum conſtructum*: formam autem integram appellant *Statum abſolutum*.

2. In genere notandum, ab initio vocis duo Scheva conſiſtere non poſſe, unde cum aliqua ratio duo poſtulat, tum prius mutatur in Chirek, aut in Pathach vel Sægol propter gutturalem vel, ר, ut dictum cap. 4. & in ſequentibus amplius patebit.

3. Mutatio vocalium ob regimen, fit vel in *penultima* vel in *ultima* ſyllaba, vel *utrobique* ſimul.

REGULA I.

KAMETZ *penultima ſyllabæ, in utroque genere & numero, mutatur in ſcheva, aut ſcheva compoſitum ſub gutturali: ultimæ verò ſyllabæ, (non ſequente* א*) tranſit in Pathach: ut*, דְּבַר הַמֶּלֶךְ *Verbum regis*, à דָּבָר.

4. Pluralia maſculina etiam ים, & dualia ַיִם commutant in ֵי ut, דִּבְרֵי ex דְּבָרִים, ſcilicet Kametz in Scheva mutato, propter quod antecedens Scheva tranſit in Chirek, ut dictum. Sub prima gutturali eſt Pathach vel Sægol: ut, עַבְדֵי ex עֲבָדִים. Sic & alia quædam: ut, מַלְכֵי *reges*.

5. Fœminina ſingularia in ה commutant illud præterea in ת: ut צִדְקַת à צְדָקָה; nempe prius Kametz mutatur in Scheva, propter quod antecedens Scheva convertitur in Chirek: ultimum vero in Pathach, & ה in ת. Fœmininum plurale, צִדְקוֹת à צְדָקוֹת.

6. Tria

juventus cum multo ſudore ſe torquet, ſed cum exiguo ſæpe fructu, ita ut ſe expedire neſciens nauſeam concipiat, ac ſtudium tandem abjiciat. Ergo laborem & hîc ipſi minuamus, & quæ intricata tantopere videntur, ſenſim extricemus, ne cœptum ſtudii iter hiſce ſalebris impediatur.

2. Cauſæ mutationis quædam ſunt generales, quædam ſpeciales. *Generales* quæ omnibus omninò vocibus communes ſunt, ut Pronomina affixa & Accentus: *Speciales*, quæ Nominibus vel Verbis in ſpecie conveniunt. Nos ſingulas voces ſeorſim & universè hîc conſiderabimus.

I. *DE NOMINIBUS.*

3. Elias Grammaticus in Libro *Habbachur*, *Orat.* 3. *Cap.* 2. quatuor ponit cauſas, ob quas Nomina mutentur: 1. eſt *Motio* è maſculino in fœmininum. 2. *Flexio* è ſingulari in pluralem: 3. *Regimen:* 4. *Affixa.* Hic nos adjungemus quintam, *Accentus.*

De prima vide ſuprà cap. 8. de ſecunda cap. 9. & 10. de reliquis tribus hîc breviter agemus.

CAPUT XLIII.

Variatio ob REGIMEN. §. 1.

REgimen eſt Syntaxis ſive ſtructura Nominum, quâ unum regit alterum caſu genitivo. Hoc fit plerumque primi Nominis mutatione, cujus for-

4. *Demonſtrantis*, הֵא, הִנֵּה, הֵן, En, ecce.

5. *Dolentis*, אוֹיָה, הוֹי, אוֹי ô, hei, heu, eheu, הָהּ Ah; אֲהָהּ Ahah, ah: אָח־ Ah, *Ezech.* 6:11.

6. *Ejulantis*, אַלְלַי Hei, væ, *Job.* 10:15.

7. *Exclamantis*, הוֹי הוֹי ô ô, *Zach.* 2:10. Inſeparabile ה ſequente dageſch, ante Nomina ſic quoque ſæpè uſurpatur, & Vocativum denotat.

2. *Faſtidientis, abominantis*, חָלִילָה Abſit, 2 *Sam.* 20:20.

9. *Gaudentis, exſultantis cum ironico gemitu*, הֶאָח הֶאָח Euge euge, Ha ha hė, *Pſal.* 35:21.

10. *Hortantis*, הָבָה Eja, agè: הָבוּ Agitè.

11. *Optantis*, לוּ Utinam, ô utinam, *Gen.* 17:18. לוּא־ idem, *Jeſ.* 63:19. אַחֲלַי, אַחֲלֵי idem: אָמֵן Amen.

12. *Vocantis*, הוֹי Heus.

Caput XLII.

APPENDIX BREVIS

De Mutatione vocum & Punctorum Vocalium. §. 1.

MUtatio punctorum vocalium in lingua Hebræa, res eſt ſollicita & operoſa, in qua ju-

Veruntamen: אֲבָל At, aſt, ſed, verùm, veruntamen: גַּם כִּי Etiamſi: כִּי אִם Sed: אוּלָם Veruntamen. Sæpè etiam inſeparabile ו adverſativè ſumitur.

8. *Disjunctiva*, אוֹ Aut, vel, ſive, ſeu: לֹא־כֵן Non ſic, ſecus. Sed & inſeparabile ו disjunctivè ſumitur, ſignificans *aut:* ut Exod. 21: 15. & alibi.

9. *Cauſalis*, כִּי Nam, quia, quòd, quoniam, enim, etenim: אֲשֶׁר Quòd, quia, quum: יַעַן כִּי, עֵקֶב, יַעַן, עֵקֶב־אֲשֶׁר, יַעַן־אֲשֶׁר Quia, eò quod, quandoquidem: בַּעֲבוּר, לְמַעַן Ut, propterea ut, לְבִלְתִּי Ut non.

10. *Rationalis*, לָכֵן, עַל־כֵּן Quare, quamobrem, quapropter, ergo, ideo, igitur, idcirco, quocirca, itaque.

Caput XLI.

De Interjectione. §. 1.

INterjectio eſt, quæ per ſe in oratione poſita, animi affectum cum ſingulari commotione indicat.

2. *Blandientis*, בִּי, אָנָּא, נָא Quæſo, obſecrò, amabò.

3. *Comminantis*, אוֹי, הוֹי Væ: ſic אִי Eccl. 4: 10.

CAPUT XL.

De Conjunctione. §. 1.

CONjunctio eſt quæ multiplices orationis partes conjungit.

2. *Copulativa*, אַף, גַּם Etiam.

3. *Inſeparabiles* duæ ſunt, quæ vocibus præfiguntur, וְ Et, שֶׁ Quòd.

4. ו *Vau* eſt copulativum, & regulariter habet Scheva: ut וְעָפָר & *pulvis.*

Sed ante literas labiales בומף, aut ante aliud Scheva, notatur cum Schurek: ut וּמָקוֹם *& locus*, וּתְהִלָּה *& laus.*

Si duo Nomina copulet, quorum poſterius eſt monoſyllabum, aut biſyllabum penacutum, tum habet Kametz: ut טוֹב וָרָע *Bonus & malus*, יוֹם וָלַיְלָה *Die & nocte.*

5. שֶׁ Poſt ſe habet Dageſch, & eſt loco אֲשֶׁר Quòd.

6. *Connexiva*, ſive *Conditionalis*, אִם Si, ſin, ſiquidem, quum, quandoquidem; כִּי אִם Quod ſi, אִם לֹא Si non, ni, niſi, לוּ, אִלּוּ Si: לוּלֵא Niſi.

7. *Diſcretiva* ſive *Adverſativa*, אַךְ Verum, Ve-

adjuvantem denotant: ut, עִם, אֵת, עִמַּד Cum.

6. Quædam *privationem* cauſæ adjuvantis: ut, מִבְּלִי, בִּלְתִּי, בִּלְעֲדֵי, בְּלֹא, בְּלִי Abſque, præter, ſine: לְבַד, מִלְּבַד, זוּלַת Præter.

7. *Inſeparabiles præpoſitivæ* quatuor ſunt, quæ vulgò literæ בכלם vocantur: בְּ In, Propter: כְּ Secundùm, juxta: לְ Ad, eſtque ex אֶל deciſum: Hæ tres regulariter notantur cum Scheva, aut Chirek, ſi aliud Scheva ſequatur, aut proprietati gutturalium obſequuntur: ſæpè etiam extrudunt articulum ה, & vindicant ſibi ejus punctationem.

ל ante dictiones monoſyllabicas, & ante biſyllabicas, habentes accentum in penultima, notatur ut plurimum cum Kametz: ut לָתֵת *ad dandum*, לָלֶכֶת *ad eundum*.

מ A, ab, abs, de, è, ex, præ; eſtque deſumptum ex מִן, unde & cum Chirek ſequente Dages vocibus præfigitur: ut מִקֶּרֶב *E medio.* At Dageſch ejectum, compenſatur per Tzere: ut מֵאַחֶיךָ *E fratribus tuis.*

8. *Inſeparabilis poſtpoſitiva* unica eſt, quæ Nominibus a fine apponitur: ea eſt ה *ad*, *verſus*, notans terminum loci ad quem, habetque ante ſe Kametz, & vocem conſtituit penacutam: ut סְדֹמָה *Sedomam verſus*, Gen. 19: 1. אַרְצָה *terram verſus.*

CAPUT XXXIX.

De Præpoſitione. §. 1.

PRæpoſitio eſt vox indeclinabilis, Verbo Nomen, tanquam terminum vel cauſam motus aut quietis, adjungens.

2. *Terminum:* אֶל, אֱלֵי Ad, ſecus, juxta, erga: אֵצֶל Apud, juxta, penes, propè: עַד, עֲדֵי Ad, uſque ad, נֶגֶד Coram, contra, ante: נֹכַח, לְנֹכַח E regione, ex adverſo, contra: לְעֻמַּת, מוּל, מִמּוּל, idem: בֵּין inter, intra: מִן, מִנֵּי, מִנִּי, a, ab, abs, de, e, ex: Propter: præ, comparativè: לִפְנֵי ante, coram, præ, עַל, עֲלֵי ſuper, ſupra, contra, adverſus, חוּץ Extra: סָבִיב Circùm, circa: עֵבֶר Cis, מֵעֵבֶר Trans, ultrà: הָלְאָה Ultra: אַחַר, אַחֲרֵי Poſt: תַּחַת Subter, ſub, infrâ.

3. *Cauſam*, בִּגְלַל, לְמַעַן, בַּעֲבוּר, מִפְּנֵי, עַל Propter, חֵלֶף, תַּחַת, בְּעַד, Pro: כְּפִי, לְפִי Secundùm, juxta.

4. Quædam terminum loci ſignificantia, aliquando temporis ſunt: ut, עַד uſque ad: מִן Ab, לִפְנֵי Ante, אַחַר Poſt בֵּין inter. Item quatuor inſeparabiles ב, כ, ל, מ.

5. Quædam *comitatum*, *cauſam comitantem ſeu ad-*

15. *Numeri*, אַחַת Semel, שֵׁנִית ſecundò, שְׁלִישִׁית tertiò, רְבִיעִית quartò. Hæc ex Nominibus adverbiaſcunt.

16. *Inſeparabilia Adverbia* duo ſunt, quæ aliis vocibus ab initio ſemper adjunguntur; כ ſimilitudinis, ה admirationis & interrogationis.

17. כ *ut*, *ſic*, *ſicut*, regulariter habet Scheva: ut, כְּסוּס *ſicut equus;* quod ante aliud Scheva tranſit in Chirek: ut כִּדְבָרִי *ſicut verbum meum.*

Ante Scheva compoſitum, habet brevem gutturali reſpondentem: ut כֶּאֱמֶת *ſicut veritas.*

Ante Nomina communiter extrudit articulum ה, & vindicat ſibi ejus punctationem: ut כַּשֶּׁמֶן pro כְּהַשֶּׁמֶן.

18. ה *num*, interrogationis, communiter notatur cum Chateph-patach: ut הֲבַת־ *Num filia?* Gen. 17: 17.

Sed ante literam gutturalem, vel ante aliud Scheva habet Pathach: ut הַאִם *An ſi?* Job. 6: 13. הַכְזוֹנָה *Num tanquam ſcortum?* Gen. 34: 31.

Aliquando habet Patach ſequente Dageſch: ut הַבְּמַחֲנִים *an in caſtris?* Num. 13: 19.

Ante gutturalem cum Kametz habet Sægol, ut הֶאָנֹכִי *Num ego?* Num. 11: 12.

dinis: אָכֵן Verè, profectò, certè: אַךְ omninò: אָמְנָם, אוּלָם Verè, reverà.

7. *Negationis, Prohibitionis*, לֹא Non: בַּל non, nequaquam: אַל ne: פֶּן ne fortè, ut non: אַיִן, אֵין non.

8. *Dubitationis*, אוּלַי Fortaſſis.

9. *Qualitatis*, רֵיקָם Inaniter, fruſtrà: שָׁוְא Vanè, חִנָּם Gratis, immeritò: יְהוּדִית Judaicè.

10. *Congregationis*, יַחַד, יַחְדָּיו Unà, ſimul, pariter.

11. *Separationis, Excluſionis*, לְבַד Seorſim, ſeparatim: אַךְ, רַק Tantùm, tantummodò, duntaxat: בִּלְעֲדֵי præterquam.

12. *Intenſionis*, יוֹתֵר Nimium, ampliùs, magis, potiùs, מְאֹד Valdè, vehementer: רַב Multùm, Satis, אַף־כִּי Quantò magis, Quantò minùs; illud in oratione affirmativa ſignificat, hoc in negativa.

13. *Remiſſionis & dimiſſionis*, אַט Senſim, lentè, leniter: מְעַט Parum: מְעַט מְעַט Minimùm, paulatim: כִּמְעַט penè: כְּאַיִן ferè.

14. *Similitudinis*, כֵּן, כֹּה Sic, ita: כְּמוֹ־כֵן Similiter: כְּמוֹ Sicut: כָּכָה taliter, eo modò, hoc modo.

15. *Nu-*

univerſum vulgò *Particulæ*, Hebræis מִלּוֹת nominantur.

2. Adverbium eſt vox indeclinabilis, quæ alii voci adjungitur, ad explicandam circumſtantiam vel qualitatem aliquam: ut,

3. *Loci*, אַי, אַיֵּה Ubi? אֵיפֹה, אֵיפוֹא, אֵיכֹה Ubinam? אָן, אָנָה. Quò? Ubi? מֵאַיִן undenam? פֹּה, פֹּא hîc, huc: מִפֹּו, מִפֹּה hinc, inde., illic: הֵנָּה huc: הֲלֹם huc, hîc: שָׁם ibi, illic, illuc, eò: מִשָּׁם inde: מִבַּיִת, מִבֵּית, פְּנִימָה Intrinſecùs, Intùs, Intrò: חוּץ foris, forâs: מַעְלָה ſuprà, מִלְמַעְלָה ſupernè, מֵעַל deſuper, מַטָּה Infrà, Infimè: אָחוֹר retrò, retrorſum.

Kametz-chatuph omnibus alphabeti literis per ſe ſubjicitur: Chateph-kametz propriè gutturalibus tantùm, idque loco Scheva, rariſſimè, & irregulariter aliis literis additur.

III.

Kametz-chatuph ſæpè abſque duobus punctis ſcribitur, & ſyllabam conſtituit: Chateph-kametz ſine iſtis nunquam venit, neque unquam ſyllabam efficit.

CAPUT VI.

De Notatione §. 1.

NOtatio eſt, quâ vocis cujuslibet origo inquiritur: idque *Specie* aut *Figurâ*.

2. *Species* eſt origo vocis *prima*, vel aliunde *derivata*.

3. *Prima* vel *Primitiva* vox eſt, quæ primæ eſt originis. Græcis θέμα, Hebræis שֹׁרֶשׁ *Radix* dicitur, & tribus communiter literis conſtat, quæ dicuntur *Radi-*

Differentia inter Kametz longum & Kametz-chatuph ſive breve, & Chateph-kametz ſive breviſſimum.

21. Kametz-chatuph nunc per nudam figuram Kametz longi (ָ) deſcribitur, nunc in libris non accuratis, per præpoſita duo puncta (ָֽ:) quâ figurâ etiam Chateph-kametz notatur.

Quando Kametz-chatuph habet figuram nudi Kametz, tunc quadrupliciter ab eo diſtinguitur juxta has

R E G U L A S.

I.

Kametz abſque Metheg ante Scheva, eſt Kametz-chatuph, i. e. *O breve: ut*, חָכְמָה Chochma. Excipe Jobum, Pſalmos & Proverbia. [ſcil. in antiquis editionibus, in quibus Metheg ſæpe omittitur.]

II.

Kametz abſque accentu ante Dages forte, breve eſt: ut, רָנּוּ ronnú.

III.

Kametz ultimæ ſyllabæ accentu tonico carens, ante literam mobilem, breve eſt: ut וַיָּקָם Vajiakom. *Sic etiam ante Makkaph, quod eſt poſt literam mobilem:* ut, כָּל־ Kol.

IV.

Kametz ante gutturalem cum Chateph-kametz notatum breve eſt; ut אָהֳלוֹ Oholó.

21. Quan-

i. e. Kametz-chatuph: ut, וְיָקָם לָךְ: *Vejákom lach* Job. 22. 28.

[18. Accentus Euphoniæ cauſâ ex ultima ad penultimam ſyllabam retrahitur, accuratè loquendo, propter quatuor rationes:

1. Quando ſequitur dictio monoſyllabica: ut, מָ֫רוּ בָךְ:.

2. Quando ſequitur dictio biſyllaba accentum habens in penultima: ut פֹּ֫קֵד דָּ֫רֶךְ: pro פֹּקֵד.

3. Propter Vau converſivum futuro præfixum. Tunc quoque terminantes vocales Tzére & Cholem corripiuntur; illa in ſægol, hæc in Kametz-chatuph: ut וַיֹּ֫אמֶר pro וַיֹּאמֵר, וַיָּ֫סׇב pro וַיָּסֹב.

4. Propter accentum pauſantem; videlicet quotieſcunque in penultima ſyllaba fuerit Scheva mobile, tum accentus pauſantes præoccupant ſibi illud commutando in majorem vocalem: ut נָפָ֫לוּ pro נָפְלוּ, נַחֲלָתֶ֫ךָ pro נַחֲלָתְךָ.

19. E contra accentus ſæpè protruditur ad finem, ob ו cum Scheva Præterito præfixum, convertens ſignificationem Præteriti in Futurum: ut וְנָתַתִּ֫י *& dabo*, Deut. 18: 18.]

20. Cæterùm in Jobo, Pſalmis & Proverbiis, alia quàm in aliis libris Biblicis accentuum ratio eſt, cujus modus hactenus ab Hebræis nondum ſatis explicatus.

[14. Metheg à Silluk diſtinguitur ſitu: nam Silluk tantum ultimæ vel penultimæ ſyllabæ verſuum ſubſcribitur, ſed Metheg ubique in verſibus pingitur, exceptis illis duabus ultimis ſyllabis.]

15. Duplex porro hîc euphoniæ ſpecies eſt.

16. *Prima*, Accentus tonici ablatio. Tunc duæ pluresve voces virgula tranſverſa conjunguntur, ut cum poſtremæ vocis accentu venuſta pronunciatione coaleſcant. Virgula iſta vocatur *Makkaph:* ut,

וְאַף־גַּם־זֹאת *veaph-gam-sôth*, Levit. 26. 44.

De Makkaph ſunt duæ

R E G U L Æ.

I.

Cholem & Tzere, ſequente literâ mobili, in fine vocis, ante Makkaph plerumque corripiuntur; illud in Kametz-chatuph, hoc in Segol, ut כָּל־ col pro כֹּל, אֶת־ pro אֵת.

II.

Kametz ante Makkaph & literam mobilem breve eſt, id eſt, Kametz-chatuph: ut כָּל־ col, יָקָם־ Jakom, quæ accentu proprio notatæ, ſcribuntur כָּל, יָקוּם. Sic etiam אָת.

17. *Secunda*, accentus trajectio. Nam vox monoſyllaba aut biſyllaba penacuta, ſæpiſſime rejicit accentum præcedentis dictionis ex ultima in penultimam: unde cholem & tzere rurſus corripiuntur, ut ante. Hinc iſta regula: *Kametz ultima ſyllabæ, ante literam mobilem accentu deſtitutum, breve eſt*,

 i. e.

dos, quando non accedit augmentum poſterius: ut פָּקַד.

7. Aliæ dictiones fere omnes proxime antecedente paragrapho non comprehenſæ: ut בָּבֶל *Babel* עֲרָפֶל *caligo*.]

13. *Euphonicus* eſt, qui tonico præmiſſus, ſuaviorem pronunciationem efficit: is unicus eſt, & dicitur *Metheg*, vel *Gajah*, rectâque virgulâ ſub litera notatur. Ejus uſus eſt, ut vocalem, cui adjunctus eſt, decorè ſuſpendat: ut, הָֽיְתָה *hájetha*. Vocalibus longis ante Scheva addi ſolet, unde hæc

REGULA.

Kametz ante Scheva abſque Metheg, breve eſt, id eſt, Kametz-chatuph; ut, חָכְמָה Chochma; at cum Metheg חָֽכְמָה Cháchemá.

Incuria tamen typographica non rarò id omiſit: ſic in Hagiographis rariſſimè uſurpatur, unde ad analogiam vocis & ſenſum attendendum, quando A vel O eſſe debeat.

[Sed in noviſſimâ editione Bibliorum & Pſalteriorum noſtrorum illud Metheg, ex incuria Typographorum aliâs omiſſum, ubique exprimitur.]

Metheg etiam ſemper additur vocalibus ante Scheva compoſitum: ut יַֽעֲשֶׂה *Jahasê:* יֶֽאֱסֹף *Jéeſóph*.

Metheg ſæpè mutatur in accentum tonicum; unde ſuperior regula tertia nata eſt: ut הָֽעֵצִים.

[14.

numeri: ſecundæ perſ. plur. fœm. Imperàt. ac ſecundæ & tertiæ perſ. plur. fœm. Futur. ut עָמַדְתָּ *ſtetiſti*, עָמַדְתִּי *ſteti*, עָמַדְנוּ *ſtetimus*, פְּקוֹדְנָה *viſitate f.* תִּפְקֹדְנָה *viſitabitis & viſitabunt f.*

9. Voces cum affixis ֶנִּי ַנִי ֶנּוּ ָנוּ ֵנוּ ֶךָּ ֵכִי ֵךְ ָהוּ ֵהוּ ֶנּוּ ָמוֹ ֵמוֹ ֶהָ ֶנָּה Et quando ex his affixis nude junguntur vocibus in vocalem finitis.

[§. 12. Hæ voces accentum in ultima ſyllaba obtinent:

1. Quarum ultima ſyllaba deſinit in literam mobilem, antecedente vocali longa: ut דָּבָר *verbum.*

2. Voces cum affixis ִי ַי ְךָ ֵךְ כֶם כֶן וֹ ָו ֵו ָו הֶן הֶם ֵם ָם ָם ָה

3. Verba, quando acceſſerunt ָה, וּ & ִי: ut, פִּקְדִי פָּקְדוּ פָּקְדָה. Exceptis Kal, Niphal, Hiphil & Hophal defectivorum ſecundâ, ac Kal, Niphal & Hiphil quieſcentium ſecundâ.

4. Secundæ perſonæ pluralis numeri, utriuſque Generis Præteritorum: ut שְׁמַרְתֶּם *cuſtodiviſtis.*

5. Quæ in ה fœmininum deſinunt præcedente Kametz: ut בְּרָכָה *benedictio.*

6. Omnia verba per omnia Tempora & Mo-

 dos,

אֲשֶׁר אִתּוֹ בַּתֵּבָה. *Et quicquid erat cum ipſo in arca*, *Gen.* 7. 23. Aliâs ſic aſpiratæ manent, ut dictum cap. 3. §. 3. n. 2.

11. Hæ ſequentes voces accentum in ſyllabâ penultimâ poſſident.

1. Voces deſinentes in geminum ſægol, aut pathach loco ſægol: ut, דֶּרֶךְ *via*, עוֹמֶדֶת *ſtans*, סֶלַע *ſaxum*, נַעַר *puer*.

2. Nomina formæ פַּיִד: ut, בַּיִת *domus*.

3. Nomina formarum פֶּקֶד, פֹּקֶד & פָּוֶד, & hujuſmodi finium, ac deſinentia in חו & in הו non affixum: ut, חֵלֶק *pars*, אֹהֶל *tentorium*, מָוֶת *mors*, אָחוּ *ulva*, תֹּהוּ וָבֹהוּ *informe & inane*.

4. Nomina cum ה locali: ut אַרְצָה *terram verſus*.

5. Nomina duplicis terminationis fæminina: ut יְשׁוּעָתָה *Omnimoda ſalus*.

6. Nomina dualia: ut, יָדַיִם *manus*.

7. Nomina, pronomina, particulæ, & quædam verba, quando הָ paragogicum acceperunt: ut, לַיְלָה *nox*, הֵמָּה *illi*, שָׁמָּה *ibi*, וְתָבוֹאָה *& celeriter adveniat*, Eſ. 5. 19.

8. Secundæ & primæ perſonæ Præteritorum Sing. num. maſc. & com. gen. & prima perſona pl, nume-

6. Tertius uſus ad Syntaxin pertinet, quæ docet orationem in ſua membra recte diſtinguere. Sic autem diſtribuuntur in *Miniſtros* & *Reges*.

7. *Miniſtri* ſunt, qui orationem continuant & promovent ad commodum membrum: Suntque octo: *Kadma*, *Teliſcha-ketanna*, *Merca ſimplex*, *Merca duplex*, *Munach*, *Mahpach*, *Darga*, *Jerach*.

8. *Reges* ſunt, qui ſpiritum vel leviculè ſuſpendunt, aut pleniùs ſiſtunt, deponuntque, & ſermonem aliquo membro incîdunt, ſuntque ſeptendecim reliqui; *Silluc*, *Athnach*, *Rebbia*, *Sakeph-katon*, *Sakeph-gadol*, *Segolta*, *Sarka*, *Gereſch*, *Gereſchajim*, *Paſta*, *Paſer*, *Schalſcheleth*, *Teliſcha-gedola*, *Karnepara*, *Tiphcha*, *Tebhir*, *Jethif*.

9. Ex his communiter ad Comma ſive Inciſum adhibentur, *Rebbia* א֗, & *Sakeph-katon* אׄ, & in verſibus longioribus *Segolta* א֒: ad Colon, *Athnach* א֑; ad Periodum ſive Verſum abſolvendum, *Silluk* אֽ. [quem duo puncta (:) dicta *Soph paſuk*, ſequuntur.]

10. Hi, ob pleniorem ſpiritus in pronunciando depoſitionem, dicuntur *Pauſæ*, quarum in immutandis vocalibus non exigua vis eſt, ut in fine hujus libri oſtenditur. Hic obſervetur & iſta

R E G U L A.

Litera בגד כפת Begad-kephat *poſt vocem vocali longâ aut literâ quieſcente finitam, ac quolibet accentu rege notatam, Dageſch lene accipiunt*: ut, אֲשֶׁר

5. Uſus horum triplex eſt: 1. deſignant *muſicam*, ſive rationem cantus apud Judæos: 2. *legitimam pronunciationem* cujuſque vocis, in ſyllabæ alicujus elevatione: ut פָּקַד *pakàd*: 3. *Diſtinctionem ſententiæ* in certa membra. Primus uſus Judæis relinquitur. De ſecundo hic obſerventur hæ

R E G U L Æ.

Quæ ſyllaba accentu tonico notata eſt, ea acuitur.

Excipe *Teliſcha-gedola* א & Jethif א, qui primam vocis literam ſemper occupant; *Tiphcha* א, quando in Jobo, Pſalmis & Proverbiis, initio vocis ponitur: item *Paſta* א, *Teliſcha Ketanna* א, *Sagolta* א, *Sarka* א, qui ultimæ vocis literæ ſemper adhærent, nec tamen eas ſyllabas ſemper afficiunt. Quæ autem ſyllaba cum illis acuenda ſit, id ex analogia flexionis, & proprietate vocis ſciendum eſt.

II.

Ejuſdem accentus in eadem voce geminati, prior ſyllabam acuit: ut, תֹּהוּ tóhu.

III.

Diverſorum in eadem voce accentuum poſterior acuit, prior euphoniæ inſervit: ut וְהָעֵצִים vehaetzim.

IV.

Accentus tonicus, vocali longæ additus, Scheva ſequens conſtituit quieſcens: תָּגֵלְנָה tagêlna. Pſ. 51:10.

6. Ter-

4. Tonici accentus ſunt *viginti quinque*, quorum *quatuordecim* ſupra vocem, *undecim* infra vocem notantur, hoc modo:

Supra vocem.

1 א Paſchta.

2 א *Kadma.*

3 א Gereſch: Teres: Asla.

4 א Geraſchajim.

5 א *Teliſcha ketanna*, *Talſcha*, *Tarſa.*

6 א Teliſcha gedola.

7 א Karne-Para.

8 א Rebia.

9 א Sakeph gadol.

10 א Sakeph katon.

11 א Sægolta.

12 א Paſer.

13 א Sarka.

14 א Schalſchelet.

Infra vocem.

15 א *Merca: Maarich.*

16 א *Merca kephula.*

17 א Tiphcha: Tarcha.

18 א *Munach.*

19 א *Mahpach.*

20 א Jethif.

21 א Tebhir.

22 א *Darga.*

23 א Athnach.

24 א *Jerach.*

25 א Silluk.

thongum facit: ut צָו *tzau*, עֵשָׂו *Eſau*, שָׁלֵו *Schaleu*, פִּיו *piu*. Judæi tamen in his nullam diphthongum agnoſcunt, ſed ו ut conſonam f proferunt, *tzaf*, *Eſaf*, *ſchalef*, *pif*.

16. *Jod* itidem triplicem [ſive quadruplicem] diphthongum facit: ut, פָּנַי *panai*, אַיֵּה *aije*, אֲדֹנָי *Adhonai*, גּוֹי *goi*, גָּלוּי *galui*. Attamen & hîc à quibuſdam dubitatur. Irregulare eſt יְרוּשָׁלַםִ, quod ſcribendum & legendum יְרוּשָׁלַיִם *Jeruſchalajim*, ex Jerem. 26. 18. item יְרוּשָׁלַמָה quod legendum, יְרוּשָׁלַיְמָה ex 2 Paral. 32. 9.

Caput V.

De Accentibus. §. 1.

VOcis communes affectiones ſunt *Accentus* & *Notatio*.

2. *Accentus* eſt nota, quæ vocis ſonum convenienter moderatur: eſtque *Tonicus* vel *Euphonicus*.

3. *Tonicus*, qui ultimam vel penultimam ſyllabam acuit. Hunc nos rectâ virgulâ, ad ſyllabam acuendam, docendi causâ in hoc libello exprimemus. Vox in ultima habens accentum, vocatur vulgò Chaldaica voce מִלְרַע *milra:* in penultima, מִלְעֵיל *milhel*.

4. To-

Scheva compoſitum mutatur in Scheva ſimplex: ut, יֶהְגֶּה *je-ge*, pro יֶהֱגֶּה. [הָחְתַּל *hochtal*, pro הָחֳתַל.]

13. Dageſch forte ſyllabæ compoſitæ facit quoddam compendium: ut, הִגִּשׁ *hyg-gaſch*, pro הִנְגִּשׁ.

De *Dageſch* forti notentur hæ Regulæ:

I.

Scheva poſt vocalem brevem, ſub litera dageſſata, vocale ſit: ut, גִּלְּתָה gil-letha, pro גִּלְלְתָה.

Poſt vocales longas raro dageſch forte adhibetur, quia in longis vocalibus ſonus integer ſyllabæ abſolvitur; aliquando tamen etiam poſt eas reperitur:

II.

Dageſch forte ex gutturalibus & ר excidens, ſæpe præcedentem vocalem brevem in longam convertit: ut, בֵּאֵר pro בִּאֵר. [Vide cap. 3. in Regula.]

Dageſch forte, etiam ex litera ſchevata, euphoniæ causâ ſæpe excidit; [& hoc Scheva mobile eſt, licet ſit poſt vocalem brevem] ex. gr. יְבַקְשׁוּ pro יְבַקְּשׁוּ.

14. Denique *Diphthongorum* doctrina ſyllabæ compoſitæ affectio quædam eſt. Hinc nata eſt hæc

REGULA.

Vau & Jod vocalis quodammodo naturam induunt, & cum vocalibus in quaſi diphthongum coaleſcunt:

15. Vau triplicem [ſive quadruplicem] diph-

nam fit in באלֹהִים pro בֵּאֱלֹהִים *in Deo:* in לאמור pro לֶאֱמוֹר *Dicere:* & in לאדֹנָי pro לַאֲדֹנָי *Domino meo.* Sic לַיהוָֹה, quod legendum לאדֹנָי.

10. Porrò duæ vocales breviſſimæ continuò legi nunquam poſſunt; unde nec duo Scheva ab initio vocis ponuntur, nec poſt Scheva compoſitum Scheva ſimplex in media voce unquam ſequitur. Attamen analogia vocum utrumque ſæpè poſtulat, & tunc obſervanda eſt hæc

REGULA.

Si duplex Scheva ab initio concurrit, prius mutatur in Chirek; aut in Patach vel Sagol ſub gutturali: ut לִשְׁמֹעַ pro לְשְׁמֹעַ : אַבְנוּ pro אְבְנוּ : חֶלְקוֹ pro חְלְקוֹ.

Sed & alterum Scheva, ſi ſub י fuerit, tollitur; ut, בִּיהוּדָה *bi-hu-da*, pro בְּיְהוּדָה *bejehu-da.*

11. Si in media dictione poſt Scheva compoſitum ſequatur Scheva ſimplex, tunc compoſitum neceſſariò reſolvitur, & quidem vel in ſuam brevem, vel in nudum Scheva: ut, תַּהַרְגוּ *ta-har-gu*, יֶאְשְׁמוּ *je-ſchemu.*

12. Sæpè tamen etiam ſolâ euphoniæ causâ Cha-

7. ה radicale cum Mappik id imitatur: ut, אֱלוֹהַּ *Elaah*, Deus, מַגְבִּיהַּ *Magbiah*, exaltans.

[Hæ præcedentes literæ recipiunt pathach furtivum poſt omnes vocales longas, excepto Kametz.]

8. Gutturales nunquam admittunt Scheva vocale, benè quidem Scheva mutum ſeu quieſcens: ut, שָׁמַעְנוּ *audivimus*, Obad. 1. Aliàs Scheva compoſitum ipſarum proprium eſt, ubi Scheva requiritur: ut, הֲבוּ *habbu*, אֱמוּנָה *amu-na*, חֳלִי *Choli.* Hinc præcedens litera communiter ſuſcipit eam vocalem brevem, quæ ſub gutturali eſt compoſita cum Scheva, quod vulgò efferunt hac

R E G U L A.

Litera gutturalis punctat ſe & præcedentem: ut, וַאֲפֵלָה *va-aphe-la & caligo*, בֶּאֱמוּנָה *ba-amu-na in veritate*. At Kametz-chatuph hic ſemper per nudum Kametz ſcribitur, quod ex præcedenti regula per O legendum: ut, בָּאֳנִי *bo-oni*, *in navi.*

[Hæc regula valet, quando ſub præcedenti litera requiritur Scheva mobile: ut, pro וְאֲנִי eſt וַאֲנִי *& ego.*]

9. Craſis ſive contractio duarum vocalium in unam

per efferendum Scheva, quando vocale eſt: יְבָרְכוּ *Jebha-rechu*, הִפְקַדְתִּי *Hiph-kad-ti*, ubi Scheva bis poſt vocalem brevem quieſcit, & תּ poſt Scheva quieſcens cum Dageſch leni notatum, per nudum T efferendum. In תַּחְתִּיָּה *Tach-ti-ja*, י *Jod* cum Mappik poſt Chirck notatum, per conſonam efferendum eſt, cum abſque eo quieſceret, quippe vocalem longam conſtituens, & ſic etiam ultima ſyllaba à vocali Kametz inciperet, quod contra regulam principio capitis traditam. Sic Mappik in הּ vocis אִישָׁהּ *I-ſchah*: etſi Judæi Mappik in hac forma, præcedente Kametz, negligant, & ſimpliciter pronuncient *Iſcha*, ה quieſcente, quod ſine dubio vitioſè fit.

5. Literæ ultimæ vocum mobiles raro cum Scheva notantur: ut in his, בָּרַךְ *barach*, שָׁאַלְתְּ *Schaalt*. Cum non habent, habere intelliguntur: ſemper enim præcedenti adjunguntur: ut, שֻׁלְחָן *ſchylchan menſa*, לֶחֶם *lechem panis*.

6. ח & ע in fine vocis ſæpè ſub ſe aſſumnnt pathach, quod ante eas pronunciatur: ut, מָשִׁיחַ *Maſchiach*, יָדוּעַ *Jadhuah*. Vulgo vocatur פַּתַּח גְּנוּבָה *pathach genubha*, id eſt, furtivum.

2. Syllaba eſt *Simplex* vel *Compoſita.*

3. *Simplex*, quæ ex una conſona & una vocali conſtat: ut, אֵלִי *E-li*, הָיִיתִי *ha-ji-thi*, שֹׂנֵא *ſo-ne*, ubi punctum literæ שׂ ſimul & literæ & vocalis nota eſt; quia ea litera aliud punctum vocale adjectum non habet: שֹׁנֵה *ſcho-ne*, ubi poſterius punctum ſupra literam שׁ neceſſariò per Cholem legendum: בָּרָאתִי *ba-ra-thi*, ubi ב habet dageſch lene, ideoque valet nudum b, & א in medio quieſcit: קֹוֶיךָ *ko-ve-cha*, ubi ſuperius punctum ad ק pertinet, non autem ad ו, quia ea propriam vocalem Sægol ſubjectam habet, cum qua, ut conſona, effertur. Porrò de literis vocali deſtitutis obſervetur hæc

REGULA.

Literæ, vocali deſtitutæ, quieſcunt, nec tamen propterea otioſæ aut ſuperfluæ ſunt, ſed pertinent ad ſubſtantiam & eſſentialem formam vocis, quæ ſine illis non eſſet integra.

4. *Compoſita* Syllaba eſt, quando plures conſonæ in unam ſyllabam conjunguntur. Fit hoc in univerſum per Scheva ſimplex, & ſub gutturalibus per Scheva compoſitum. Hæc enim puncta per ſe ſtatam & ſeparatam ſyllabam nunquam efficiunt, ſed ſuas conſonas aliis adjungunt: ut, פְּרִי *peri*, quaſi *pri*, non diviſim *pe-ri*, & ſic ſem-

per

imponit primæ literæ dictionis ſequentis Dageſch Euphonicum: ut יְהַלְלוּךָ סֶּלָה *laudabunt te*, Pſal. 84: 5. מָשַׁחְתָּ שָּׁם *unxiſti illic*, Geneſ. 31: 13. יָמָּה סּוּף *Mare Suph*, Exod. 10: 19. עֹשֶׂה לָּךְ *facit tibi*, Gen. 31: 12.

Idem etiam fit poſt מַה & זֶה: ut מַה־טּוֹב: זֶה־לָּךְ.

10. Dageſch forte regulariter ſcribitur poſt vocales breves: ut פִּקֵּד; irregulariter & raró poſt longas, ut יָמָּה *verſus mare*, id eſt, occidentem, Gen. 28: 14. ſed nunquam poſt breviſſimas, niſi in unicâ voce שְׁתַּיִם.]

11. *Mappik* eſt punctum, quod literæ י & ה inſcriptum, docet eas genuino ſuo ſono efferendas, quæ ſine eo quieſcerent. Literæ י inſcribitur in media dictione poſt Chirek, & literæ ה in fine vocis tantum.

[12. Nonnulli putant punctum literæ Jod inſcriptum, etiam poſt Chirek, eſſe ſemper Dageſch forte.]

CAPUT IV.

De Syllaba & legendi ratione. §. 1.

SYllaba eſt conſonæ & vocalis in unum ſonum conjunctio. Conſona ſyllabam ſemper inchoat, à dextra verſus ſiniſtram.

2. Syl-

Digitized by Google

les non recipiunt Dageſch ob difficultatem pronunciandi, & Reſch ob ingratum ſonum.

7. A ſex præcedentibus בגד כפת etiam aſpirationem tollit, ut ipſum Dageſch lene.

Eſt autem Dageſch in illis forte, quandocunque non præcedit Scheva: ut נִגֵּשׁ *Nig-gaſch.* Aliàs præcedente Scheva eſt Dageſch lene: ut פָּקַדְתָּ. *pa-kadt.* Hinc de literis gutturalibus cum Dageſch forti analogicè notandis obſervetur hæc

REGULA.

Literæ gutturales אהחע & ר, *ad indicium & complementum excluſi Dageſch, præcedentem vocalem brevem plerunque in longam convertunt, ei analogam; Sagol & Chirek in Tzere; Patach in Kametz; Kibbutz in Schurek vel Cholem:* ex. gr. אֵחַל pro אֶחַל; בֵּרֵךְ pro בִּרֵךְ; יְבָרֵךְ pro יְבַרֵּךְ; יְבֹרַךְ pro יְבֻרַּךְ &c.

[8. Dageſch forte eſt quadruplex. Primum eſt *Compenſativum*, quod compenſat literam aliquam abjectam, ut יִפּוֹל *jip-pol*, pro יִנְפּוֹל *jin-pol.*

Secundum eſt *Characteriſticum*, indicans Conjugationes: ut פִּקֵּד *pik-ked*, פֻּקַּד *pyk-kad.*

Tertium eſt *Demonſtrativum* poſt ה: ut הַדָּבָר *had-da-bhar.*

Quartum eſt *Euphonicum*, quod ſolius euphoniæ causâ literis inſcribitur: ut מִקְּדָשׁ *Mik-kdaſch.*

9. Vox penacuta in ךָ, תָּ, הָ vel הֶ finita, ſæpe im-

2. Dageſch duplex eſt: *Lene* vel *Forte*.

3. *Dageſch lene* eſt, quod ſex literas בגד כפרת (quæ memoriæ causâ *beghadh-kephath* vocantur) per ſe aſpiratas, facit tenues, aſpirationem ab iis tollendo:

ut, בָּ ba, גֶּ ge, דִּי di, כִּי ci, פֹּ po, תּוּ tu.

Fit hoc 1. In principio verſuum.

2. Ab initio dictionis, ſi præcedens dictio non terminetur litera quieſcente aut vocali longa: tunc enim aſpiratæ manent.

3. In media dictione poſt Scheva quieſcens. Attamen hæ duæ poſteriores regulæ multas patiuntur exceptiones.

4. Olim autem, quando aſpiratæ eſſent, notabatur ſuper illas virgula tranſverſa, quam *Raphe* vocabant, unde *Litera raphata*, id eſt, aſpirata. Exempla vide Exod. 20. verſ. 9, 13, 14, 15. in כָל־, תִרְצָח, תִנְאָף, & in תִגְנוֹב. Adhibitam adhuc cernere eſt in quibuſdam veteribus Bibliorum editionibus Conſtantinopoli impreſſis: in recentioribus autem libris planè exolevit.

5. Veteres Grammatici literis aſpiratis accenſent quoque Reſch, & ſic ſeptem numerant בגד כפרת. Aſpirationem eam literam in ſe continere patet ex lingua Græca, in qua cum ſpiritu aſpero notari ſolet, &c.

6. *Dageſch forte* eſt, quod literam pronunciatione geminat. Habet locum in omnibus literis, exceptis gutturalibus אהחע & ר. Literæ gutturales

12. Hæ vocales compoſitæ propriæ literarum gutturalium ſunt, quibus adhibentur loco Scheva ſimplicis, commodioris pronunciationis cauſâ. Impropriè & irregulariter quandoque aliæ literæ Alphabeti eas poſſident: ut וּזֲהַב *Uzahabh, & aurum*, Gen. 2: 12. Hæ quatuor in genere vocantur *vocales breviſſimæ*.

[13. Ergo vocalis longa quaſi tribus momentis, brevis quaſi duobus, & breviſſima quaſi unico momento pronunciatur.

14. Druſius non ſine ratione aſſerit Kametz-chatuph vulgò vitiosè ſcribi cum duobus punctis, eodem nempe modo uti Chateph-Kametz; aitque illum morem eſſe excogitatum in gratiam tyronum, ne Kametz-chatuph cum Kametz confunderent. Hinc in accuratiſſimis Bibliis (qualia ſunt illa anno 1667. à me per Joſephum Athiam Amſtelodami edita) Kametz-chatuph ſine duobus punctis more antiquo depingitur. Attamen quia Kametz-chatuph in vulgaribus libris, & in nonnullis Bibliis atque Grammaticis ſæpè cum duobus punctis exarari ſolet, ideo ea in enumeratione vocalium cum duobus punctis etiam depingi ſolet.]

CAPUT III.

De Dageſch & Mappik. §. 1.

VEntri literarum inſcribitur punctum, pronunciationi ipſarum inſerviens, diciturque vel *Dageſch* vel *Mappik*.

7. Simplex dicitur *Scheva*, & duobus punctis perpendicularibus literæ ſubjicitur, ut אְ, valetque E breviſſimum, quale in Bezahlt / Geſtrafft / quod rapidè effertur, quaſi Bzahlt / Gſtrafft. Vulgò vocatur *Scheva mobile*.

[8. Quatuor literæ Serviles וכלב (*Vechalebh*) in principio regulariter habent tale Scheva: ut, בְּמָקוֹם *bema-kom*, *in loco*.]

9. At Scheva non legitur: 1. *Poſt vocalem brevem:* ut פִּקְדוּ *pik-du*.

2. *Poſt vocalem longam accentu tonico notatam:* ut תִּפְקוֹדְנָה *tiph-kod-na*.

Et 3. *In fine dictionis ſimplex & geminum* etiam vocalis naturam deponit: ut דֶּרֶךְ *via*, & פָּקַדְתְּ *viſitaſti*. Hoc appellatur *Scheva quieſcens* ſive *mutum*.

[10. Ergo Scheva è contra legitur. 1. A principio dictionis; ut בְּרֵאשִׁית *bere-ſchith*.

2. Poſt vocalem longam: ut פּוֹקְדִים *po-kedim*,

3. Poſt alterum Scheva: ut יִפְקְדוּ *jiph-kedu*.

4. Sub litera dageſſata: ut פִּקְּדָה *pik keda*.]

11. Compoſita vocalis eſt, quæ conſtat ex Scheva & vocali brevi: eſtque *triplex*;

Chateph-patach	אֲ	A	*celerrima pronunciationis.*
Chateph-ſegol	אֱ	E	
Chateph-kametz	אֳ	O	

12. Hæ

Longæ.

Chirek longum אִי I, Ihr *Vos*, Ihnen / *Ipſis*, Glider *Membra*.

Cholem אֹ אוֹ O, Ohr *auris*, Sohn *filius*, Todt *mors*, Geboren *natus*.

Schurek וּ U, Unſer *noſter*, Unſchuldig *innocens*, ut ȣ Græcorum.

Breves.

Chirek breve אִ I, Irren *Errare*, Sinn / *ſenſus*, Gelitten *paſſus*.

Kametz-chatuph אָ O. Scribitur ut Kametz, & vitiosè in gratiam Tyronum אֳ uti Chateph-Kametz.

Kibbutz אֻ υ. Υ, Sünde *peccatum*, Verführen *ſeducere*.

Quomodo figura Kametz-chatuph (ָ) à Kametz longo diſcernenda ſit capite 5. patebit.

5. Cholem etiam ſæpiſſimè per puncta literæ שׂ & שׁ deſignatur; ita ut punctum illud ſimul & literam notet, & pro vocali uſurpetur. Fit hoc in שׂ, quando præcedens litera vocali caret; ut מֹשֶׁה *Moſche*, עֹשֶׁר *Oſcher*; in שׁ, quando ea ipſa nullum aliud punctum vocale adjunctum habet; ut, שֹׂנֵא *Sone*, מְשֹׂנְאַי *Miſſoneái*. Quandoque etiam eadem litera utrinque punctum geſtat, ſic שֹׁ, quorum alterutrum pro Cholem ſumendum; ut, שֹׁנֶה *Schone*, עֹשֶׂה *Oſe*.

6. Impropria vocalis eſt, quæ vel *non ſemper*, aut *non omnium literarum* vocalis eſt: eſtque *Simplex* vel *Compoſita*.

[19. Si quis commodè & rectè Hebraicas literas velit pingere, is utatur pennâ obtusâ, (nam literæ Hebraicæ ſunt craſſæ) cujus cuſpis verſus pollicem eſt brevior.]

CAPUT II.

De Vocalibus. §. 1.

VOcalis eſt, quæ per ſe ſonum edit: eſtque *Propria* vel *Impropria*.

2. Propria, quæ ſemper vocalis eſt: eſtque *Longa* vel *Brevis*.

3. Longa, quæ producto ſono effertur: eſtque *quintuplex*.

4. Brevis, quæ correpto, & eſt idem *quintuplex*: ut

Longæ.	*Breves.*
Kametz אָ A obſcurum quaſi cum O mixtum, ut in Germanicis Abend *Veſpera*: Samen *Semen*: Schmach *Ignominia*.	*Patach* אַ A clarum, ut in Vatter *Pater*, Samlen *Colligere*, Dach *Tectum*.
Tzere אֵ E purum & ſiccum, Ehr *Honor*, Lehr *Doctrina*.	*Segol* אֶ E impurum & dilutum, Ähr *Ariſta*, Lär *Vacuum*.

Lon-

1. *Monad.*		2. *Denar.*		3. *Centen.*		4. *Millen.*	
א	1	י	10	ק	100	א̇	1000
ב	2	כ	20	ר	200	ב̇	2000
ג	3	ל	30	ש	300	ג̇	3000
ד	4	מ	40	ת	400	ד̇	4000
ה	5	נ	50	ך	500	ה̇	5000
ו	6	ס	60	ם	600	ו̇	6000
ז	7	ע	70	ן	700	ז̇	7000
ח	8	פ	80	ף	800	ח̇	8000
ט	9	צ	90	ץ	900	ט̇	9000

17. Numerus monadicus componitur cum denariis & centenariis; ut יא 11, קא 101. & ſic porro: ſed pro יה 15. ponitur טו 9. & 6. ne nomen divinum יָה *Jah* profanetur.

18. Ordo literarum Hebraicarum nititur auctoritate Divina: nam in nonnullis Capitibus Veteris T. verſiculi à literis Alphabeti hoc ordine incipiunt: ex. gr. Caput primum Threnorum continet 22. verſus, quorum ſinguli à literis Alphabeti incipiunt. Vide etiam Cap. 2. 3. & 4. Sed in Pſalmo 119. ſemper octoni verſus eâdem Alphabeti literâ conſtant.

[Gutturales & Labiales præcipuè ſunt ſcitu neceſſariæ.]

12. Hinc conſectarium, uſus in omnibus linguis celeberrimi: *Literæ unius organi facilè inter ſe commutantur.*

13. Literæ אהוי ſæpè conſonarum valorem amittunt, & otioſæ, quoad pronunciationem, in voce exiſtunt, quod Hebræi dicunt *Quieſcere*, & inde *Literæ Quieſcentes* tunc vocantur. Vulgò אהוי *Ehevi*, ſive יהוא *Jehu*, memoriæ causâ appellantur. *Et hæ literæ etiam ſæpè inter ſe permutantur.* [Et in his ſequentibus quieſcunt:

Primò. Literæ א & ה non punctatæ quieſcunt; בָּרָא *creavit*, & צְדָקָה *juſtitia.*

Secundò. Jod poſt Tzere & Sægol quieſcit; דִּבְרֵי *verba*, & דְּבָרֶיךָ *verba tua.*

Tertiò. Vau cum puncto Cholem à dextra, & puncto Schurek ſine aliâ vocali adſcriptâ quieſcit; ut טוֹב *bonus*, טוּב *bonitas.*]

14. Sex literæ אהוינת ſunt paragogicæ, & fini vocum euphoniæ causâ ſæpè adduntur.

15. Septem ſunt literæ אהחלם רת dilatatæ, quæ nonnunquam vel *elegantiæ* causâ, vel ad *complementum lineæ* (quæ voce diviſa nunquam finiri ſolet) dilatantur.

16. Literæ reſpectu numeri quadrupliciter diſtribuuntur. 1. In Monadicum. 2. In Denarium. 3. In Centenarium, & 4. In Millenarium; tali modo.

8. Litera שׂ irreptitia eſt, non originalis, partim ex prava prolatione τȣ שׁ nata, partim pro ס poſita.

[9. Hæ literæ dividuntur in undecim *Radicales*, ſcil. ג ד ז ח ט ס ע פ צ ק ר; & in totidem *Serviles*, à ſerviendo ſic dictas, quæ tribus nominibus propriis מֹשֶׁה וְכָלֵב אֵיתָן *Moſche, ve-Calebh Ethan*, memoriæ cauſâ, includuntur.]

10. Quinque in fine vocum aliter ſcribuntur, unde literæ *Finales* [ſive *biformes*] vocantur:

nempe כ מ נ פ צ

Finales ך ם ן ף ץ

[Hæ vulgò vocantur literæ *Camnephatz*. Sed excipiuntur quatuor loca, ſcil. *Jeſ*. 9: 6. ubi eſt finale ם in medio; *Neh*. 2: 13. ubi eſt tale מ in fine; & *Job*. 38: 1. & 40: 6. ubi eſt tale נ in fine.]

11. Diſtribuuntur ab Hebræis in quinque ordines, juxta quinque organa, quæ diſtinctâ ſingularum prolatione occupantur.

אחהע [*Ahachah*] Literæ *gutturis* ſive gutturales, quia ſpiritum valent, qui in gutture formatur.

דטלנת [*Datlanath*] Literæ *linguæ* ſive linguales.

גיכק [*Gichak*] Literæ *palati* ſive palatinæ.

זסצרש [*Saſtzeraſch*] Literæ *dentium* ſive dentales.

בומף [*Bumaph*] Literæ *labiorum* ſive labiales.

7. Literæ ſunt viginti duæ, omnes Conſonæ:

Nomen	*Figura*		*Poteſtas.*	
Aleph	א	1	(ʾ)	*Spiritus tenuis.*
Bheth	ב	2	bh	*lenioris ſoni quàm* ו.
Ghimel	ג	3	gh)	*ſoni Germanis incogniti.*
Dhaleth	ד	4	dh)	
He	ה	5	h(ʿ)	*Spiritus aſper primus.*
Vau	ו	6	v	*Conſona fortior quàm* ב.
Zajin	ז	7	dſ	
Hheth	ח	8	hh	*Vulgò* ch
Teth	ט	9	t	
Joth	י	10	j	*Conſona.*
Chaph	כ	20	ch	χ *Græcorum.*
Lamed	ל	30	l	
Mem	מ	40	m	
Nun	נ	50	n	
Samech	ס	60	ſ	
Ajin	ע	70	hhh	
Phe	פ	80	ph	φ *Græcorum.*
Tzade	צ	90	tz	
Koph	ק	100	k	κ *Græcorum.*
Reſch	ר	200	r	
{ Schin	שׁ	300	ſc	*vel* χ *aut* ſch *Germanorum.*
{ Sin	שׂ		ſ	
Thau	ת	400	th	θ *Græcorum.*

8. Li-

EPITOME GRAMMATICÆ HEBRÆÆ.

CAPUT I.

DE LITERIS.

§. 1.

GRAMMATICA eſt ars benè loquendi, Hebræis Hebraïcè.

2. Partes ejus duæ ſunt, *Etymologia* & *Syntaxis*.

3. Etymologia eſt prima pars Grammaticæ, quæ *vocum ſingularum* proprietates explicat.

4. Vox eſt nota, quâ unumquodque diſtinctè notatur: fitque ex *Syllaba*, unâ vel pluribus.

5. Syllaba eſt ſonus vocis integer, cujus partes ſunt *Litera* & *Vocalis*.

6. Litera eſt, quæ cum Vocali ſonum integrum edit, unde & *Conſona* dicitur.

LECTORI.

Poſt fata Cl. Leusdenii cum nova hujus Epitomes Editio adornanda eſſet, in id potiſſimum incubuimus, ut quantum licuit accuratiſſima illa prodiret. Jure enim præcedentis Editionis errores multiplices, cautiores nos reddiderunt magisque circumſpectos. Typos nunc hebraicos longe meliores nacti, fugitivis illis uſuque nimio detritis, qui ſæpiſſime fallebant Lectores, ſubſtituimus elegantiores, puncta vero cæteraſque notas accuratius expreſſas eſſe vel primo patebit intuitu. Nec minor cura in recenſendo hoc opuſculo adhibita eſt. Collatione cum ipſo THESAURO Cl. BUXTORFII inſtituta, quædam perperam expreſſa, emendata hic apparebunt. Loca ex fontibus producta ſingula denuo eſſe evoluta, ex additis accentibus, quibus priores Editiones carebant, videre eſt. Nec minori moleſtia in progreſſu operis, ſingulis fere vocibus hebræis, nota toni æque ac euphoniæ addita. Ut nihil de tranſpoſitis vocibus in ordinem redigendis, vel omiſſis addendis, uti in Conjugationibus factum eſt, dicamus. Quo labore lubentiſſime defuncti ſumus tuis ut inſerviremus commodis, qui his utere ut ad altiora tibi paretur aditus. Quo autem inoffenſo magis procedas pede, p. 47. l. 6. lege אֲנַחְנוּ, quod te monere operæ pretium eſſe duximus. Vale.

præfigitur ; atque apud Latinos Ab hoc, vel Ab hac. Quorſum ergo hæ notæ, quæ in uſu ſunt ignotæ? In Verbis Participium Pahul, quod vulgo contra omnem ordinem, in forma Activa (exceptâ Conjugatione Kal) ponitur, in formam Paſſivam repoſui, cùm & ſignificatione & formatione à Præterito Paſſivo deſcendat Infinitivum ſimpliciter propono, Gerundiorum quæ appellant, formâ omiſſâ. Nam literæ ב כ ל מ, per quas Gerundia formari dicunt, Præpoſitiones ſunt, quarum cum Verbo Infinito ſtructura ad Syntaxin pertinet. Neque enim ſimpliciter Gerundia formant, ſed inſignes Hebraiſmos, & periphraſin Temporum Modi Conjunctivi efficiunt.

Porrò qui ultra hæc generalia præcepta, ad ſpeciales obſervationes progredi cupit, & uberiorem linguæ hujus uſum, & in loquendo elegantiam penitius & perfectiùs cognoſcere, eum ad Theſaurum noſtrum Grammaticum remittimus.

LE-

dam perſonis Præteriti, ideo ſpecialiter eam explico in Tempore Præterito, cap. 13. Ex priori autem anomalia convenit cum Verbis Defectivis primâ נ, *cap. 17.*

Ex Verbis quatuor aut quinque literarum duo ſunt Quieſcentia, a quibus tantum extant, וְטֵאטֵאתִיהָ, Et everram eam, *Jeſ.* 14. 13. יָפְיָפִיתָ Pulchrior effectus es, *Pſ.* 45. 3. *quorum illud ad Præteritum Pihel, Verborum Quieſcentium tertiâ* א *cap. 30. hoc vero ad Pyhal Quieſcentium tertiâ* ה *pertinet, c. 35. Reliqua omnia ad Pihel & Pyhal Verborum perfectorum refero cap. 14. Hoc itaque modo nihil eorum quæ Grammatici prolixè, fuſè & confuſè in Verbis proponunt, à me omittitur, ſed omnia rectiùs diſponuntur, ſingulaque ſuo loco dextrè, ad laborem in diſcendo minuendum, proponuntur.*

In paucis quoque aliis à vulgato Grammaticorum ordine diſceſſi. In Nominibus caſuum diſtinctio non eo modo hic ponitur, ut vulgo. Literam ה *Genitivi,* מ *Ablativi notas & quaſi Articulos faciunt. Atqui* ה *omnibus caſibus præponitur:* מ *autem æquè ſæpè Ablativo apud Hebræos præ-*

ſieri nec debet nec poteſt, cùm reliqua omnia à ל incipientia ſint analoga.

Quòd verò etiam duo Genera conſtituunt Defectivorum tertiâ ת & נ, id ſit ἀλόγως. Nam ea Verba non generalem alicujus Conjugationis, imò ne unius quidem integri Temporis, ſed ſpecialem paucarum vocum anomaliam continent, ideoque ſpecialiter ea explico cap. 13.

Ex Verbis, quæ duarum literarum anomaliam habent, plurifaria ac multiplicia conſtituuntur genera, quorum quædam unico, pleraque paucis exemplis comprehenduntur. Ego hæc omnia ſub Quieſcentibus tertiâ א & ה explico. Quam enim in prima vel ſecunda thematis litera anomaliam habent, antè in illis Generibus explicata eſt, ac proinde inutilis tautologia foret, ea denuò repetere, aut tanquam nova, in ſpecie falsò proponere. Cognita primùm ſimplici anomalia, quippe quæ generalis eſt, & naturâ ſuâ præcedit, duplex deinde anomalia in poſteriore genere per ſe patet.

In Verbo נָתַן *ſeparata quoque conjugandi forma ob duplicem ejus anomaliam à Grammaticis præſcribitur. At cùm poſterior ejus anomalia ſiat tantùm in quibuſ-*

dam

Quieſcentium primâ thematis literâ, duo vulgò ponunt genera, unum Verborum à י, alterum ab א incipientium. Prius genus recipio: De altero, quia ſpecialem ferè unius Temporis anomaliam continet, & quidem multa etiam in eo prorſus analoga ſunt, ſpecialem obſervationem pono. cap. 13. Sunt qui tertium genus adjiciant, Quieſcentium-primâ ה ex unico exemplo הָלַךְ Ambulavit. Sed id præter omnem rationem fit. Nam quòd ab eo deducunt Infinitum לֶכֶת Ire, Imperativum לֵךְ Futurum אֵלֵךְ Ibo, & הוֹלִיךְ Ire fecit, eorum thema eſt יָלַךְ cujus prima radicalis expreſſa in הֵילִיכִי Abducito, Exod. 2. 9.

Defectivorum primâ thematis literâ, tria faciunt genera, Verborum ſcilicet vel à י vel à ל vel à נ incipientium. Ex his poſterius tantùm pro Genere accipio. Defectiva primâ י quia pauca ſunt, in Quieſcentium genere per exceptionem explico cap. 23. & 24. Defectivorum primâ ל duo tantùm ſunt exempla, לָקַח & לָתַע Illud revoco ad claſſem defectivorum primâ נ cap. 17. ab hoc tantùm unica vox uſitata extat, נִתָּעוּ pro נִלְתָּעוּ, Job. 4: 10. At ex his Genus

fieri

Digitized by Google

vel oneri planè ſuccumbunt. Habetis itaque hîc breviſſima de lingua Hebræa Præcepta, in quibus Grammaticæ fundamentum ſolidè ſternitur. Et tamen ne juſto breviora exiſtimetis, de paucis vos monere & inſtruere commodum judicavi, maximè quod Verborum tractationem attinet.

In Verbis primùm traditur analogia conjugandi generalis, cui anomalia, tanquam ſpecies ſuo generi, poſtponitur, oſtenditurque quot modis ea ab analogia recedat. Omnis autem anomalia fit duplici de cauſa: vel quòd Verbum conſtat ex aliqua quatuor literarum Quieſcentium אהוי, *vel quod literam in conjugando deficientem habet, unde Verba ipſa vel* Quieſcentia *vel* Defectiva *appellantur. Quandoque etiam duæ thematis literæ quieſcentes ſunt, aut mixtim una Deficiens, altera Quieſcens. Ex his ultra triginta vulgò Grammatici faciunt diverſa genera, quæ per ſingulas Conjugationes traducta, labyrinthum Conjugationum reciprocis ambagibus intricatiſſimum exhibent. Ex illis ſe abſque tædio extricare, hoc opus hic labor eſt. Ego hæc omnia in ſex Generibus explico, compendio utili & neceſſario.*

Quie-

Digitized by Google

JOHANNES BUXTORFIUS

LINGUÆ HEBRÆÆ STUDIOSIS S.

S*Apientum Hebræorum præceptnm eſt*, לְעוֹלָם יְלַמֵּד אָדָם לְתַלְמִידָיו בְּדֶרֶךְ קְצָרָה. Semper doceat homo diſcipulos ſuos viâ brevi. *Et Plutarcho in Phocione laudata ſimilitudo eſt: ὡς ἡ τοῦ νομίσματος ἀξία, πλείστην ἐν ὄγκῳ βραχυτάτῳ δύναμιν ἔχει: οὕτω λόγου δεινότης πολλὰ σημαίνει ἀπ᾽ ὀλίγων.* Quemadmodum numiſmatis æſtimatio & præſtantia tanto major eſt, quanto in minore maſſa plus valoris continet: ſic orationis illius vis & acumen majus eſt; quæ plurima paucis ſignificat. *Sic certè in Scholis præſtat paucis multa, quam plurimis verbis pauca docere.* כִּי הַיּוֹם קָצֵר וְהַמְּלָאכָה מְרֻבָּה׃ Nam dies brevis eſt, & opus multum, *ajunt Hebræi. Maximè verò ii, qui primùm linguam vel artem diſcere incipiunt, nec in prolixioribus, nec in gravioribus, quàm captus ingenii ipſorum ferat, ſunt exercendi. Alioquin enim vires vel citò flacceſcunt,*

vel

13. Grammatica Hebræo-Belgica *in* 12°. *Anno* 1668.

14. Philologus Hebræo-Græc. *in* 4°. 1670.

15. Novum Teſtam. Græcum. *in* 24°. 1675.

26. Clavis Hebraica Veteris *T.* 1683.

17. Compendium Biblicum Veteris & Novi *T. editum* 1674. 1680. 1685. *Vale, & laboribus meis fave.*

8°. *Anno* 1655. *quæ auctiora ſub nomine* Synopſeos *ſunt edita in* 12°. *Anno* 1667. & *jam huic Epitomæ fere inſerta.*

2. Jonas Illuſtratus. *in* 8°. *Anno* 1656.

3. Philologus Hebræus. *in* 4°. *Anno* 1656. *Ejus Editio ſecunda prodiit* 1672.

4. Joël explicatus cum Obadja. *in* 8°. 1657.

5. Schola Syriaca. *in* 8°. 1658. *Editio ſecunda edita eſt Anno* 1672.

6. Biblia Hebraica. *in* 8°. *Anno* 1661.

7. Philologus Hebræo-Mixtus. *in* 4°. *Anno* 1663.

8. Onomaſticum Sacrum. *in* 8°. *Anno* 1665.

9. פרקי אבות Pirke Abhoth, *ſive Tractatus Talmudicus cum Verſione Hebraica duorum Capitum Chaldaicorum Danielis. in* 4°. *Anno* 1665

10. Biblia Hebraica, *cum Lemmatibus Lat. in* 8°. *Anno* 1667

11. Pſalterinm Hebraicum.
Hebræo-Latinum. } *in* 12°. 1667.
Hebræo-Belgicum.

12. Manuale Hebræo-Lat. Belg. *in* 12°. *Anno* 1668.

13.

Digitized by Google

24. Sic מִפֵּר hîc pag. 104. occurrit Jeſ. 44: 25. & non cap. 4. uti extat pag. 66. Hos & ſimiles textus correximus. Buxtorfius Textibus ſexdecim, agentibus de Meſſia, adjecit anno 1605. propter defectum Pſalteriorum, Pſalmos 6. 8. 12. 15. 23. 32. 67. 110. 117. 121. & 130. Sed quia Pſalteria poſtea ſæpiſſimè ſunt edita, & ubique poſſunt comparari, atque ego ipſemet triplicia ediderim, judicavi Pſalmos illos poſſe omitti; præcipuè cum Tyrones, abſolutis prioribus ſexdecim Textibus, utplurimum deſiderarint Pſalterium inchoare. Etiam non adjeci *Conſilium Univerſale*, &c. tum quia prioribus editionibus aliiſque, in Belgio editis, non fuit adjectum; tum quia unuſquiſque, qui illud deſiderat, facile in poſterioribus edit. legere poterit.

Quia Tyrones ſubinde, ad ſtudium Philologicum promovendum, rogare ſoleant quales libros ediderim, operæ pretium duxi eos hic ordine & breviter enumerare; ablegans curioſum Lectorem ad Præfationem Philologi Græci, in qua uberior eorum deſcriptio extat.

1. Præcepta Hebraica & Chaldaica. *in* 8°.

rere nonnulla ſcitu neceſſaria; quæ, ut Epitomen integram ſervarem, talibus [ ] uncinulis incluſi, Vide Cap. 1. §. 13. uſque ad finem ejuſdem Capitis, & paſſim per cætera Capita, præcipue priora.

IV. Nonnullæ mendæ irrepſerunt in pleraſque editiones, quæ nunquam fere corriguntur: ex. gr In Textu IV. Jeſ 7. 11. habetur הַמְּעָק pro הָעֵמֶק. In Textu I. In Gen. 3. 14. ſæpe inprimitur גְּגֹנְךָ pro גְּחֹנְךָ. In Textu XVI. Jeſ. 53. 7. extat נִגַּשׁ pro נִגַּשׂ. Omitto particulares mendas, quæ in hac vel illa edit. occurrunt: ex. gr. in ſeptima eſt הִפָּקֵד in Imperat. Niph. pro הִפָּקֵד. Textu I. Gen. 3. 14. eſt הַיַּת pro חַיַּת &c. nam tales in reiteratis editionibus emendantur. Sed notavi vitia, quæ fere ſemper manent.

V. Quia quamplurimi errores tractu temporis ſunt commiſſi in allegatis textibus S. Scripturæ; ideo omnes illos de novo in Bibliis inveſtigavimus & correximus: ex gr. הָרֵם hic p. 65. non invenitur Exod. 24. 23. uti habetur pag. 35. ſed. cap. 23. v.

24.

quæ Regulæ in Baſileenſibus & in aliis fere editionibus continuatâ ſerie proponuntur; quod tantam attentionem non excitat, quantam quidem excitat diſtincta Regularum diſpoſitio.

III. Quædam in nonnullis edit. Baſil. deſunt: ex. gr. Cap. 11. §. 5. Omittuntur hæc: *Defectiva ſunt, quæ vel genere vel numero deficiunt*. In quinque poſt invicem editionibus deeſt in Textu III. Deut. 18. 19. בִּשְׁמִי. In Textu XI. Hag. 2. 6. abeſt in verſione Lat. *& mare*, &c. Hi ſunt univerſales errores typographici. Sed nonnulla, majoris illuſtrationis ergo, poſſunt addi. Hinc ipſe Clar. Filius p. m. nonnulla adjecit, quæ Vener. Pater præterierat: ex. gr. In cap. 3. eſt addita à Cl. Filio ſectio quinta, quæ antea erat omiſſa. Similiter idem cap. 2. §. 9. adjecit Regulæ ſecundæ vocem *tonico*; ſine cujus vocis additione Regula illa valde eſt dubia. Etiam, eundem ſequuti D. Schotanus & D. Terentius, idem fecerunt. Ego bis edidi pauca quædam Præcepta, quæ unà cum hac Epitome ſolebam explicare. Sed quia illa exemplaria fere ſunt diſtracta: cogitavi ipſam Epitomen prelo ſubjicere, eique inſe-

minus Tyrones Voces, Conjugationes, & Textus legere poſſint. Sed hæc ſequentia, in gratiam Tyronum, ad Epitomen Cl. Buxtorfii (cujus nomen & virtutes ſemper apud me in magna ſunt veneratione) magis commendandam, effeci.

I. Capita non fuerunt hactenus diſtincta per Sectiones & Paragraphos; quod magnam confuſionem parit. Nam quando quærenda erat Regula aliqua, non potui dicere: quære eam hac vel illa pagina. Sunt enim diverſæ editiones. Sed jam unicuique facile poterit oſtendi, quod quærendum eſt, dicendo: quære illius Capitis talem Sectionem. Hinc Clariſſimi Viri D. Schotanus & D. Terentius, hanc difficultatem videntes, eandem Epitomen per Sectiones diviſerunt, & tali modo diviſam ediderunt. Præterea Capitum diſtinctionem, ubi ea, præcipuè circa finem, erat omiſſa, addidi, eademque per Sectiones diſtribui. Etiam Textus Biblicos per Notas Numericas diſtinxi.

II. Ad hæc ipſas Regulas Grammaticæ peculiaribus literis & ſpatiis expreſſi, ut eæ ſtatim primo intuitu in oculos incurrerent. Vide pag. 13. 15. 16. 17. aliaſque;

quæ

Digitized by Google

JOHANNES LEUSDEN

LECTORI BENEVOLO S.

MIraberis fortaſſe, B. L. cum videas hanc Epitomes editionem: ſed procul dubio deſines mirari, cum intellexeris rationes, quæ me ad hoc faciendum impulerunt. Soleo ſemper hanc Epitomen Tyronibus inculcare; & fortè modò millies eam inculcavi: ſed ſemper expertus ſum nonnulla impedimento eſſe, quo minus commodè eam ubique inculcare potuerim. Non conſidero chartam fluidam, in qua vix litera omiſſa adſcribi, vel ullum vitium corrigi poſſit. Prætereo etiam immundam Vocum, Conjugationum & Textuum Hebraicorum impreſſionem; quæ impedit, quo

Digitized by Google

JOHANNIS BUXTORFII

EPITOME GRAMMATICÆ HEBRÆÆ,

BREVITER & METHODICE

ad publicum Scholarum uſum propoſita.

Adjecta Succincta Inſtructio de

MUTATIONE PUNCTORUM VOCALIUM,
ET TEXTUUM HEBRAICORUM
LATINA INTERPRETATIO.

Jam variis in locis à mendis typographicis emendata, illuſtrata, & nonnullis neceſſariis Præceptis aucta, atque per Sectiones & Paragraphos ubique diſtincta.

A

JOHANNE LEUSDEN.

EDITIO QUARTA.



BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud SAMUELEM LUCHTMANS. 1716.

A01 1464248

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

XXXVII
C-37